Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johannes Bocer

De Origine Et Rebus Gestis Ducum Megapolensium Libri Tres Iohannis Boceri : Historische Bibliothek des Museums der Barlachstadt Güstrow, R 56

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn892975431

Handschrift Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

XLIII, 4.

Barlachstadt Güstrow
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn892975431/phys_0001
Mecklenburg Vorpommern

XXXXIII, 4.

1, Boceri de origine et gestis Ducum Megapol. Libr.
2, Hederici kurze Verzeichniß der Bischöfe zu Sverin
3, Schedius Mecklenb. mit seinen incorporirten Landen
4, Güstrovium
5, Eddelin kurzer und wahrhafter Bericht, wie in dem 30 jährigen Krieg es in Mecklenb. hergegangen

Schol. Gustrov.

d. d.

U. Advoc. Stadtrichter Voss

1579

D33

Barlachstadt Güstrow
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn892975431/phys_0002
Mecklenburg Vorpommern

R 56

Bücherei des Heimatmuseums Güstrow

Magnus Peter Eddelin, Pastor zu Doberan

Bericht, wie es während des 30 jährigen Krieges in Mecklenburg, insbesondere in Doberan zugegangen ist. 1649

Handschrift

Barlachstadt Güstrow

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn892975431/phys_0003

Mecklenburg Vorpommern

Barlachstadt Güstrow
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn892975431/phys_0004
Mecklenburg Vorpommern

Schol. Gustrov.

d.d.

Ex. Stadtrichter Advoc. Voss

1819

Barlachstadt Güstrow
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn892975431/phys_0006
Mecklenburg Vorpommern

DE ORIGINE ET RE-
BUS GESTIS DU-
CUM MEGAPOLEN-
SIUM
LIBRI TRES

IOANNIS BOCERI

LIPSIÆ IN OFFICINA
VALENTINI PAPÆ
ANNO MDLVI.

NB. In octavo und ist dies nach einem geschriebenen Exemplar abgeschrieben.

Barlachstadt Güstrow
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn892975431/phys_0007
Mecklenburg Vorpommern

Barlachstadt Güstrow
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn892975431/phys_0008
Mecklenburg Vorpommern

De Johannis Boceri Principibus Megalo-
pyrgensibus
Joachimus Camerarius.

Τίς βίβλος, τί φέρει δενέον; προτέρον δ' ἄρ' ἀκοῦσαι
Τῶν δ' ἐθέλεις πρότερον; σοί λέγ' ὅπως γε φίλον
Αὕτη μὲν βίβλος τε καλὴ, καὶ καλλιεπείης
Μεστὴ μουσουργῶν ἔργα τὶς ἀγλαιῶν
Καλλίω δὲ φέρει, καὶ κρείττονα παντὸς ἐπαίνου
Φήμην ἀρχαίων καὶ κλέος ἡγεμόνων
Ὧν μεγάλου μεγάλων ἐστὶν κλυτὸν οὔνομα πύργου
Καὶ κράτος ἐν γαίῃ ξύμμιγα σαξόνιδι
Καὶ νῦν διπλώσας θυμήρεα κλῆσιν· Ἰανὸς
Ἀλβέρτος λογίου λαμπρὸν ἄγαλμ' ἀρέτης
Ἧς ἄρχει πατρίδος μεγαλοπρενέως θ' ὁσίως τε
Πιερίδος σηκοὺς οἰκοδομῶν ἀγέλης
Τίς δ' ἐκ τῶν δε ποιήσατ' ἔχων; ἀγαθός τε καλὸς τε
Καὶ μύστης τελετῶν βώκερος ἀωνίων
Ἀλλ' ἀναλεξάμενος σὺ μὲν αἰδεθητ' ἐριτίμους
Ἡρώας, νεῖμον γραψαμένω δε χάριν.

Trimetron in Duces Megapolenses
Johannis Boceri.

Τίς ἐστι νῦν ὃς δὴ τὸν ἄργυρον λέγει
Πολὺ βέλτερον ποιησέως εἶναι καλῆς
Τίς ἐστι νῦν ὃ μὴ βλέπων τὰ χρήματα
Κενώτερ εἶναι τῶν ἐπῶν τε κασμάτων;

Ἡν τοῖς μέδουσι γὰρ πάρος γῆς σαξόνων
καίπερ ζωοῖς ἔτ' οὐ ζωὴν δύμεν ἔχυσε
πλῆθος τοσοῦτον ἀργύρου καὶ κτημάτων
τὴν δῶκεν αὖ καὶ τοῖς πάλαι κεκμηκόσι
τῶν μουσέων ὁ βώκερος πιστὸς λάτρις

à
Davide Peufero, Lipsico.

Μῦ

Illustrissimo Principi ac Inclyto Heroi D. Joanni Alberto, Duci Megapolensium, Principi Vandalorum, Comiti Svverinceo, Rostochiorum et Stargatiorum Domino, Principi et Domino suo Clementissimo

S. D.

Johannes Bocerus.

Inclyta Domus Magnopolensis Regiam familiam et antiquissimam originem à primis Herulorum ac Vandalorum Regibus usq; ad hac tempora, Clarissime Princeps, è variis Autorum monumentis in compendium [illegible] comprehendere et generis Tui excellentiam, quæ antiquitate et rebus præclarissimè gestis, nullis Germaniæ Principibus inferior judicanda est, hoc prædicationis honore, tum propter verum et historiarum, in suscepto opere occurrentium, suavitatem et cognitionem, tum propter singularem quorundam Principum in hac inclyta familia Virtutem et Pietatem et propter Tua etiam liberalissima in rem literariam merita, afficere et extollere facile adductus sum. Nec puto lectionem hujus Carminis Lectoribus ingratam injucundamve fore, sed admiratione et delectatione, non tam propter Carminis suavitatem aut elegantiam, quam ob rerum dignitatem et præcipua quædam hujus Stirpis et facti

dignissima facinora dociles aures affecturam. E-
nim vero succincta brevitate et prosperitate pra-
clarissimas Majorum tuorum res gestas, qua tem-
porum vetustate et multa in diversa regna migra-
tione, nominumq mutatione et assiduo bello-
rum tumultu et scribentium facultate in ista eta-
te destituta, in oblivionem decedere videbantur
festivioribus Musis ornare et in lucem revocare,
ne penitus memoria tantarum rerum interci-
deret, aut dum nemo integram historiam ijs de
rebus, ut decuit, contexuit, ex ævo oblitteretur,
operæ pretium duxi. Si vero ut de historia ad
modum vetusta, quomodo Herculi cum Cimbris un-
darum inundatione, Oceanig eruptione, quod
Pythias Massilienfis in altitudinem Cubitorum
octingentorum, immani prodigio et terrore ex-
crevisse testatur, ex his terris ad Maotides palu-
des abiverint et tandem quasi postliminio decrefcen-
tibus undis, ad patrias terras redierint, dubitavi
potest, et res magnis tenebris involuta videtur
et nemo vel de Græcis aut Latinis Historicis ex-
titit, qui integram harum gentium historiam
conscripsit, nimirum, qua nulli Græcorum aut Ro-
manorum, tanquam ad extremos Orbis terminos
sitæ, penitus cognita et perceptæ fuerint, Tamen
in omnibus tam Græcis quam Latinis Scriptoribus
rem

rem sic accidisse et gentem Cimmeriam cum Herulis
Oceani fines incoluisse ac ante multa Secula bel-
lacissimam habitam, omnium consensu proditum
est, postea vero accrescentibus earundem gentium
viribus, quam formidabiles toti terrarum Orbi et
Imperio Romano sub florentissimis et fortissimis
Herulorum et Vandalorum Regibus extiterint, nul-
li sunt fere Romani Scriptores, qui rem silentio
prætereant. Ac utinam gens Vandala proprios Scri-
ptores aut magis benevolos nacta fuisset, multis in
locis rem aliter actam et multo illustriorem hujus
gentis virtutem et gloriam conspicaremus. Ete-
nim quisq favet laudi propriæ et paternæ gloriæ
est appetentissimus. Qua ex re facile potuit con-
tingere ut ejus gentis res gesta non tam dilucide
et cum tanta dignitate, qua debebant et perpe-
tua quadam serie describerentur et posteritati
consecraventur. Nam, si verum fatebimur, multi
Vandalorum clarissimi Reges et ex hac illustri
Magnopolensium familia generosissimi Duces,
animi et Consilij magnitudine, prudentia etiam
et rei militaris peritia laudatissimis Græcis et
Romanis Principibus pares fuerunt, Justitia vero
religione et fide facile superarunt. Perspecta
eorum Virtus est in magnis Imperij motibus ac
ruentem et debilitatam Italiam Consilio et gu-
bernatione felici ab eversione et interitu vindi-

5

carunt. Sapissime etiam Romanis Imperato-
ribus, dum bellis ingentibus implicarentur et
irruptione Barbarorum premerentur, consilio
ac collectis armorum Viribus praesto fuerunt et
Augustum Romani Imperij decus et perpetuam
formam, quae in inligtam Germanorum nationem
non sine insigni virtute et fortitudine faventi-
bus superis translata est, ingenti studio, fideli-
tate et constantia defenderunt, ut prorsus nihil
illis, quantum ad Rempublicam domi vel foris
constituendam et defendendam attinet, defuis-
se videatur. Et bellorum varietate ac verum
gestarum magnitudine et excellentia barbarei
convitium et livoris iniquitatem optimo jure ef-
fugere possunt, sed nomen immortale perpetuis
merentur laudibus. Hujus operis tibi Illustris-
sime Princeps, cum nulli rectius, quam Tuae Celsi-
tudini offerri ac dedicari debuit, nimirum cui haec
dominata et ex praestantissimis Proavis Tuis
immortali laude profecta sunt, Specimen mitto,
nec dubito, cum mihi satis explorate perceptum
sit, Te pro singulari virtute et prudentia magni-
tudinem et excellentiam harum rerum intellige-
re et commemoratione rerum gestarum à Tuis
Progenitoribus inprimis delectari et affici,
quin hic labor, quo quemlibet ex Majoribus Tuis
et illius res praeclare gestas, eo, quo vides ordine
bre-

breviter perstringi et dissipatas Historias generis Tui è variis monumentis collegi et in compendium redegi, Tibi probabitur. Et cum in possessione vera et avita Virtutis, nulli Majorum sis inferior, ac illos incredibili animi mansuetudine, ingenij dexteritate et facilitate in summis negotijs, in administranda Patria, in defendenda religione, in Deum fide et pietate, in Vivos bonos et doctos favore et munificentia cum summa gloria sequaris, Lectione hujus Carminis et relatione Virtutum et verum à Proavis gestarum memoria delecta bevis. Bene et feliciter Celsitudo Tua vale

at
Anno MDLVI.

Cels. T.

deditissimus
Johannes Bocerus.

-1-

LIBER

ANTHYRIUS HERULO,
RUM AC VANDALORUM
REX PRIMUS:
LIBER PRIMUS

Impiger Anthÿriús generosi Sanguinis Autor
Magnopolis, qui nunc tollit in astra Duces.
Pelleo Juveni, dum savis fulminat armis,
Fortuna fuerat, Militiaq Comes
Qui Pelusiacis dum vitam liquit in oris
Editio reliquos corripit orta Duces.
Protinus instabant, ut quisq valentior esset
Arripiunt avida regna subacta manu.
At pius Anthÿriús patrias inquirere sedes
Cogitat à Pro=avis, cultaq rura suis.
Noverat undarum fluxu, noh Marte fugatos
Cimmerijs Proavos finibus ipse suos
Hic ubi multiplici felix Scandavia gente
Gesfit ab Arctois horrida bella plagis
Inprimis Herulús numerosо milite fortis
Miscuit invicta praelia dira manu.
Hanc iterum Patriam praclaris institit ausis
Quarere difficili per freta longa via.
Nec mora, cum Socijs, Obetritos nomine dixit
Hoc varijs armis, vestiq nomen habent.
Antiquos Herulos et avitos rursus in agros
Puppe per immensas venerat usq vias

Velag

Primus.

Velag de Summo late splendentia malo,
Bucephali referunt per freta vasta Caput,
Eminet lauratus Prorâ de vertice Grÿphis
Scilicet haec fortes fortia signa decent,
Quae bona posteritas insignia sculpsit in ære
Adventum Regis testificata sui
Jamq diu nostro vigeant illaesa sub ævo
Inclyta Magnopolis, signaq celsa domus.
Jamq volans agilis ventosa per æquora puppis
Hesperios fluctus occiduosq secat,
Quae freta, quos tractus, quas non pravervolat Urbes?
Longinquis repetit, dum sita regna locis
Protinus Oreadicis leva de parte relictis
Felici tetigit Gothica regna Noto.
Excipitur placide, mensisq refectus opimis
Solatur duras taedia longa vias.
Vela vocant iterum, classis diducta sub æquor
Funditur adversis, excipiturq Notis
Humida jam toto cesserunt Sidera coelo
Sed fuit in terris sola relicta Venus
Cum cito de Summo declives æquore Montes
Eminet, et longis terra petita vijs
Protinus Anthÿrius, quod, si nisi fallimur, inquit
Haec sunt à Pro=avis littora culta meis
Littora finitimis confinia Balthica Gothis
Hic ubi largifluas Cymber habebat opes
Ergo loci postquam nomen, gentisq recepit
Exultans Sorijs restituit ista suis.

Barlachstadt Güstrow
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn892975431/phys_0017
Mecklenburg Vorpommern

LIBER

Hæc Socij tellus, hæc Patria nostra per undas
Atq per immensas usq petita Vias.
Hic Herulus lapsis |: nec res ea falsa :| sub Avis
Imperio fuerat, divitijsq potens
Cara mihi Pro=avis et fatis debita tellus
Erroris requies grata futura mei
Perpetuum salve, magnis decoranda triumphis
Eq mea summos stirpe datura Duces.
O Xenus! O Colles! et amicti gramine Campi
Quotquot et ignotos hæc habet ora Deos.
Este bonis Avibus visi Socijsq mihiq
Imponunt placidos hic mihi fata Dies.
Sic ait, et ratibus fido sub littore fixis
Indigenas placido convenit ore viros
Adventusq sui causas, nomenq, genusq
Edit, et exacta mille pericla via
Protinus agnoscunt veteris primordia gentis
Gratus et Arctoa constitit Hesper humo
Nec gens illa novum |: quamvis fuit advena :| Regem
Respuit, aut regnis jussit abire suis
Quin etiam populi confinia ruva colentes
Aut Cymber sive hic Vandalus acer erat
Accipiunt placide Regem, Dominumq fatentur
Fortiter Arctoam, qui tueretur, humum
Mox ubiqua primum ventosa per æquora vectus
Appulit, hic Urbis moenia celsa locat,

Magno,

PRIMUS.

Magnopolin dixit, fatis felicibus illa
Crevit, et illius nomen in astra tulit.
Hinc bona posteritas, et se dixere Minores
Hoc clari meruit Regis et Urbis amor
Hoc viget, et nostris vigeat feliciùs annis
Nomen, et haud aliqua clade premente cadat
Et genus, et titulos et avita stemmata gentis
Laudibus aeternum non morituva vehat
Jam stelevant Arces, validis munitaq; muris
Urbs nova turrigerum jecit in astra caput
Vernoviùs gelidas Herulam quog videt ad undas
Aeternum gentis nomen habere sua
Illa sed exacto bellis exciſa sub aevo,
concidit, et gentis nil nisi nomen habet
Tum quog Stargatia sucelivi moenia monte
condidit, haec vepto stanta vigentq loco.
Defuit at Conjux patrias Symbulla per Urbes
Ore decens, oculis fusca, venusta genis
Clara refulgentis meruit praconia forma
Usit, et hac multos dote superba Procos
Gothiacas inter longe pulcerrima Nymphas
Jungitur, hac Herulo candida nupta Vivo.
Sic ubi /: quis dubitet fatis felicibus actum :/
Conjugio, regno, prole beatus evat.
Sacra verecandos restant poscentia ritus
Incubat haec regno proxima cura novo
Nec mora, quae fevos jussit fervare Nepotes
Ad dixit Patrijs sacra colenda Deis.

LIBER

Sacra sed indignos quondam referentia ritus
Dum fuit hæc veri nescia terra DEI
Nam ferus his quoties placatur Teutones oris
Non Bos, aut nivei cæditur agna gregis
At scelus, ad diras magnis ululatibus aras
gratior humanus victima sanguis erat,
Terror inest istis, melior pars illa Sacrorum
Quæ pia divini Carmina vatis amat
Nam fortes animas, laudantes carmine Bardos
Præcipuo statuit numinis esse loco
Hos violare nefas duxit, Structasq per aras,
Vatibus exoluit annua vota pijs.
Quis putet? hæc coluit divinos terra Poëtas
Ingq suo pretio carmen et Autor erant.
Hic qua culta diu trivia simulacra Diana
Littus ubi lentis Elementa stringit aquis
Extat adhuc templum Bardis et nomen ab istis
Signaq de prisca Relligione tenet,
Pluraq Divorum mirisq simulacra figuris
Gens fuit hæc varijs devenerata modis.
Ingq crebris lucis solennes condidit aras
Et signata suo nomine quercus erat.
Est sita ventoso, quæ clauditur undiq Ponto
Terraq de Rugis Rugia nomen habet
Hæc coluit priscis Numen mirabile Sacris
Claraq præcipua relligione fuit

Numen

12

PRIMUS

Numen erat, frontes, et quatuor ora gerebat
Trux oculis, gestu triste minaxq; suo.
Huic Sacer addictus solus quem pascere flamen
Solus et insignem scandere suevit equum
Ille velut fessus, totus de nocte madebat
Multus et in calido corpore Sudor erat
Hinc levis ornatum demonstrans dextera cornu
Idolo vitis Deditus alter erat
Annona gravitas, hinc fertilitatis imago
totus et ex Signis notior annus erat
Quod flamen Cornu dulci replerat Baccho
Temporis auspicium vite cadentis erat
Mox ubi Septembris Sacra venêre Calendæ
Fumavitq; suis ara Secreta focis
Signa reposcentes submissis annua votis
Huc ingens populus densaq; turba ruit
Incola nec solum varias tulit advena merces
Primitias numen sustulit inde suas
Flamen erat cana coopertus pectora barba
In tergum Coma, sed longa rejecta fuit
Arripit et Cornu structis demonstrat ab aris
Turba silet pavidas edit et ore preces
Integra sepositi sed fors si copia vini
Manfit et in nulla parte minuta fuit
Nil pecori nocuit, nil cultis obfuit agris
Omnis et effoeto germine crevit humus.

Barlachstadt Güstrow
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn892975431/phys_0021
Mecklenburg Vorpommern

Maxima sed totum pars exhalata per annum
Nullius signum fertilitatis erat
Finis erat Sacris. Sed jam non dextera Cornu
Magnopolis monstrat ardua signa Domus.
Pro Cornu gemmis et fidus splendet ab auro
Annulus eg levi fascia ducta manu.
Arbiter Imperij, veterum cum forma Sacrorum
Et prisca caderet relligionis amor.
Hoc insigne novo latus mutavit honore
Munus et hoc Herulos jussit habere Duces
At bonus Anthyrius, ne Secla futura tacerent
Adventum gentis factag clara sua
Fortiter Arctois regnum moderatur in oris
Pace Domi clarus militiag foris
Factag vicinas Socians in foedera gentes
Omnibus horribili Marte timendus erat.
Mox ubi tot Populos lata ditione teneret
Subderet et Sceptris proxima quaeg suis
Dum Genti titulos clarosg reliquit honores
Solus et Arctoo notus in orbe foret
Impiger Anthyrius tranquillo fine quievit
Sed vivit, sua quem vivere fama fecit.

ANAVAS
REX II. DUS.

Qua Pater auspicijs fundarat regna secundis
Legitimo natus jure tuenda capit

Unicus

PRIMUS

Unicus ille fuit multis de fratribus haeres
Una jacet terris altera turba mari
Heu minor Anthyrius, quid classica diva secutus?
Trux adversa nimis, Cymber in arma fuit
Tu quoq fallaci, quid credis Barbare ponto?
Nempe tuas naves, ventus et unda tulit.
Fratribus infelix finis fuit iste duobus
Rex Anava Lacrijmas attulit ista graves
Ille sed obtinuit patrios felicior agros
Gentis et extendit nomina clara sua
Mox ubi Conjugium nata Rex Sarmata quaerit
Hic Socer è multis inveniendus erat
Accipit et nata fadis felicibus auget
Clarior huic titulis, Imperioq fuit
Dote potens, praestans et moribus Orethija
Sustinet externo se sociare Viro.
Omine felici juncti felicia ducunt
Tempora, fors illis aequa laevisq fuit
Jamq diu patrijs Senior regnarat in oris
Viderat et cari pignora multa tori
Fata vocant, lucem pariter regnumq reliquit
Extinctum Soboles, fletq gemitq Patrem.

ALIMER
REX III tius:

Alimer extincto regni Patre cepit habenas
Ille fero natus Martis ad arma fuit.

Barlachstadt Güstrow
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn892975431/phys_0023
Mecklenburg Vorpommern

Omnibus et bellum populis quibus intulit, illis
Causa lacessitus perditionis erat
Cincta procelloso Gens undiq Rugia Ponto
Inclyta tum bellis, Marte favente fuit
Illius Uxorem generosi sanguinis optat
Candida mox Herulo nubit et Ida Viro.
Hanc forsan Phrygio, quod si vidisset in Ida
Non Paris Oenona se sociasse velit
Mons illi carus, cognomine carior Uxor
Nec Venus ante alias pulcrior una foret

ANTHYRIUS
REX IVtus

Hic quoq defuncti suscepit sceptra Parentis
Illius ac hæres nominis alter erat,
Inferior Patri non tristia bella secutus
Pacis amans pacis præmia digna tulit
Consortem thalami numerosa dote Marinam
Cimmeria, pacto foedere gente tulit
Bis sex lustra duos et cum regnaverat annos
In Patria leni morte solutus obit.

HUTERUS
REX Vtus

Vix clausit Genitor suprema funera Vita
Arripit hic avida regia Sceptra manu
Multa peregrinis, quæ prelia fecit in oris
Obruta non aliquo Carmine nota jacent

Fata

PRIMUS

Fata trahunt homines, fatis ingentia regna
Vidimus et magnos deperijsse Duces
Sic fera Fennorum proprio tum Rege vigebat
Gens, nunc rusticolas incolit illa casas
Hujus erat Regis jam plenis nubilis annis
Filia puniceis conspicienda Comis
Expetit Hiterus, multis è millibus illam
Accipit, et Patri perplacet ille Socer
Post ubi sex denos sua regna gubernat in annos
Aufert longævum Parca severa Senem.

VISILAUS
REX VItus.

Occubuit Genitor, natorum maximus Ille
Regia Concordi sceptra favore tulit
Dives Agris, armisq potens, tamen illa perosus
In Patria lenti pace quievit humo
Filia Swevorum præstans Tiburnia Regis
Dote fuit forma moribus apta pijs
Illius accensus casto Visilaus amore
Optavit fausti fœdus inire thori
Annuit hac, patrias et linquere justinet oras
Protinus externo sponsa futura Viro

VITISLAUS
REX VIItimus.

Non ob sanguinei felicia proelia Martis
Fama Vitislai notior orbe fuit
Hunc sua sed Pietas et pacis amabilis ardor
Divorumq facer cultus in astra tulit

Gothiacas inter praestans Anarmia Nymphas
Jungitur huic casta nupta probata fide
Praefuit Imperio sex lustris insuper anno
Ingruit, ut subito mors inopina pede.

ALARICUS
REX VIIIvus

Hic Alaricus erat nec pace nec inclytus armis
Saepe sed ambiguas pertulit ille vices
Principio favit, mox fœvos Lubrica vultus
induit instabili nixa vivago rota
Post tamen, ut belle patrios defenderat agros
Conjugio Bellae dignus et aptus erat
Haec Ubiae Gentis pulcerrima filia Regis
Corpore bella fuit, nomine Bella fuit
Conjuge, qua felix septem cum lustra peregit
Injicit huic avidas Invida Parca manus

THITERICUS
REX IXnus

Assiduis fœvis degens Thitericus in armis.
Saepe cruentato Victor ab hoste redit
Palladis auxilio, cujus cognomine Conjux
In thalamos ivit pulcra Diana suos
Haec, qui belli potens tunc Belgica rura tenebat
Inclyta magnanimi filia Regis erat
Sex lustris regnum nonumq tuetur in annum
Hinc clausit placido fata suprema Die.

Thene,

PRIMUS.

THENERICUS

REX Xcimus.

Addictus bello primus Thenericus ab annis
Ac enutritus miles ad arma fuit
Multa quidem clare, sed non ita cognito gessit
Et sua plus merito fama sepulta jacet
Edidit huic Conjux Thuria de gente profecta
Pignora foecundi multa Bigomma tori
Ter denos et sex cum vixerat, occidit annos
Imperium nato sufficiente suo.

ALBERICUS

REX XI imus.

Militia summos tulit Albericus honores
Divag bellator fortes in arma fuit
Contudit Oceani fortes in littore Svevos
Et junxit Sceptris Gothica regna suis
Filia Sarmatiæ, forma pulcerrima Regis
Hujus juncta tori Diomedea fuit
Ille fatur Vita longis et debilis annis
Molliter in patrio Contumulatur humo.

VISIMARUS

REX XII mus.

Moenia Visimaria gelido contermina ponto
Ille suo primum nomine dicta locat,

Barlachstadt Güstrow
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn892975431/phys_0027
Mecklenburg Vorpommern

LIBER

Illa Caput quondam præ cunctis extulit illa
Pene sub his fuerat cognita sola plagis
Hactenus auspicijs Heruli crevere secundis
En poscunt alias fata serena vices
Sæva Visimarum primo sors arripit, Ille
Perdidit haud merito regna paterna suo
Milite Gothiacis veniens Gebericus ab oris
Tristia Vandalicis intulit arma plagis
Cepit et ingentes, depulsis Civibus, Urbes
Ac armis Herulas contudit acer opes
Atq; Visimarum belli discrimine captum
Ante triumphales ire coëgit equos
Cumq; suis Herulis patrijs è finibus actum
|: Sors gravis :| ignotos quærere jussit agros.
Imperium Magnus tum Constantinus habebat
Quo viguit forti libera Roma Duce
Rursus ut à gelido pepulerunt Pannonas Istro
occupat et sedes Vandala turba novas
Ipse peregrini collaudans Militis arma
Has illis terras Cæsar habere dedit
Sex denos illic Herulus traduxerat annos
Subditus Imperio maxima Roma tuo
Vandalicæ donec meritissima gloria gentis
Hos alios Stilico, quærere jussit agros
Protinus in fortes sua vertunt prælia Gallos
Terra peregrinis cessit et illa Viris

Tempore

PRIMUS.

Tempore, quo totum Gens Vandala nota per Orbem
Formidanda fui vobore Martis erat
Italis illius vires et Punica tellus
Senfit et eversas intrag flevit opes
Regna peregrinis et plurima Vandalus ovis
Condidit et victos Marte jubegit agros.

MISISLAUS.

REX XIIItius.

Ex Patrio quamvis Herulus discesserat agro
Aspera dum fortis Gothus in arma ruit
Hic raptum validis regnum sibi vendicat armis
Prog movet Patrijs aspera bella focis
Ac insultantes animoso pectore Gothos
Cogit et immites sub sua juga Getas
Sic ubi quod regnum genitori nuper ademptum
Majus erat nato Marte favente suo
Hujus in amplexus Conjux pulcerrima Belga
jungitur, hac Herulum vexit in astra genus
Illa Radagastum truculentis fulmen in armis
Pernitiem peperit maxima Roma tibi.

RADAGASTUS

REX XIVtus

Tristia lugubri cingantur tempora fronde
Sis animosa licet maxima Roma Cave
Si fuit infestis tibi formidabilis armis
Hannibal, ut pugna Consul uterq cadit
Hic quoq Cimmerijs metuendus finibus hostis
Infliget regnis vulnera quanta tuis.

Barlachstadt Güstrow
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn892975431/phys_0029
Mecklenburg Vorpommern

Quid ſi dolor: inſtimulas fortes ad prælia Gothos
Romani Stilico maxime tutor agri?
Scilicet hic Patrijs venit accerſitus ab oris
Dum premitur ſignis Gothica turba tuis
Et fera ter centum peregrinis millia ſignis
Duxit in arumnas Italis ora tuas
Obſeditq tuas armis hoſtilibus Urbes
Et miſere Latios depopulatur agros
O bruta flebilibus tum maxima Roma querelis
Peneq ſollicito fracta timore fuit
Teq caput quæritur tantorum Chriſte laborum
Atq vocat ſurdos in ſua vota Deos
Terrarum Domitrix hic te ſors impia tangit
I nunc, et verum perfida ſperne Deum
Vincere quam potuit nullius copia Martis
Nunc o Vandalica diripuere manu
Fama Radagaſti Romanum terruit Orbem
Ah fuit heſperijs quam gravis ille plagis
Et Thraces et gelido vicinas Pannonas Iſtro
Illyria vaſtos perdomuitq ſinus.
Nulla fida diu ſors improba, clara peregit
Bella, quibus toto nomen in orbe tulit
Poſt tamen infidi ſuprema pericula Martis
ſenſit, et adverſo captus ab hoſte fuit
Illius vidit triſtes Florentia caſus
et Montes ſummis ingemuere jugis
Hic ubi nubifero vicinior Apennino
In laqueum, fato mortis agente cadit

Sæpe

PRIMUS.

Sæpe rebellantes armis qui fregerat hostes
Exitus egregij Principis ille fuit

CORSICO
REX XVtus.

Filius ulturus suspensi fata Parentis
Undiq; terribilis colligit arma manu
Accivitq; trices, animis ingentibus Hunos
Ac Herulis junxit Saxona Castra suis
Fruit his iterum Latias furibundus in oras
Diripiens avidè singula quaq; manu
Quicquid ad Oceani refluentes adjacet undas
Clauditur et ripis, inclyte Rhene tuis
Quicquid et Asperas inter se porrigit Alpes
Clausa Pyrenæis arvaq; lata jugis
Occupat et rapidis devastat Corsico flammis
Et tristi roseos sanguine replet agros
Diripuitq; Sacras, ausis immanibus, aras
Occidens Vates maxime Christe tuos
Dispicit et structas evulsis moenibus Urbes
Sedibus et moestos cogit abire Lares
Nec teneris pueris /: dolor :/ innuptisve puellis
Aut senio Canis ille pepercit avis
Et quas Posteritas solennibus addidit aris
Reliquias turpi ferq; rapitq; manu
Fevalis Nemesis tantis /: quis crederet :/ ausis
Ulta Radagasti tristia fata fuit,

Lústra novem validis dum regno praefuit armis
Strenúus in Patria Corsico dormit humo.

FREDEBALDUS
REX XVI tús:

Hic etiam regno tenevis admittitúr annis
Inclyta qúi celeri nomina pace túlit
Gothorúm trúces dúcebat in arma cohortes
Addidit et sceptris Sarmata rúra súis
Pacis amans, sumtis paicem qúoq; praestitit armis
Scilicet hoc illi nomen et omen erat
Hújús erat Sijstica Conjúx púlcerrima Gente
Moribús excellens et Themiorma fide
Mox úbi ter denis regnúm defenderat annis
Mors rapúit Canum post dúa lústra Senem.

GÚNDERICUS
REX XVII mús

Hic qúoq; Mars fevas robústo pectore vires
Praestitit, ac miles natús ad arma fúit
Jllíús immensas generosa Valentia strages
Sensit, et horribili territa Marte fúit
Templag Sacrilegis vastavit plúrima flammis
Ac Christi Sacras disjiciebát opes
Gallica cúm longo vexaverat oppida bello
Vertitúr in vires Hispana terra túas
Bethica dúm primo foecundis fertilis agris
Vellitúr Jmperio Romúle Magne túo
Hic úbi fúnestis circumdaret Hispalin armis
Sacrilegas templis injiceretq; manús

Dæmo

Primus

Dæmone correctus divina Vindice dextra
Infernas unius fertur adisse lacus

GENSERICUS

REX XVIII vus.

Ille fuit faustis longe celeberrimus armis
Et nova Vandalica fama Decusq Domus
Et regnum felix immensis finibus auxit
Peneq devictas Orbis habebat Opes
Non hoc Aërias transgressus fortior Alpes
gessit in Ausonio Rex fera bella solo
Hic ubi tot populis et tot sibi subdidit Urbes
Invasit fines Africa culta tuos
Infelix tellus sors o malefida quid illic
Præstitit hoc ~~illi~~ Christi fracta Carina loco
Quæ stetit, hoc cecidit Respublica Principe Christi
Perdidit hoc veram punica terra fidem
Terq tribus lustris centumq fidelis in annos
Quæ Chartago tibi maxima Roma fuit
Nunc avulsa tuis, peregrinis paret habenis
Sustinet et medio Vandala jura suo
Obseditq feris Hippones moenia signis
Inq Dei sacras cæde furebat oves
Hac Augustinus tum summus in Orbe Sacerdos
Christiadum pressi rexit ovile gregis
Gentiliq dolens sua moenia cincta cohorte
Obsessa summum clausit in Urbe diem.

Barlachstadt Güstrow
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn892975431/phys_0033
Mecklenburg Vorpommern

Dicitur ille Deum lacrymis orasse profusis
Antecadat, sua quam moenia capta gemat
Audijt omnipotens placida lux tertia morte,
Solvit, et emeritum vexit in astra Senem
Vandalus immenso jam formidabilis orbe
possedit forti regna subacta manu
Mox ubi Romanos penitus sibi subdere fasces
Totius Imperij ductus amore cupit,
Hic iterum Lybys venit accersitus ab agris
Pernicies frandis Maxime dire tua
Et ferus in Latias ter centum millia terras
Moenia cum pagis depopulatus, agit
Roma peregrinis iterum circumdata signis
Hostili capitur diripiturq manu
Maximus abjicitur flavas in Tybridis undas
Et Scelerum poenas, perfidiaq luit
Sic videt alta suos praestans Eudoxia natos
Abstulerat diva, quos ferus ille nece
Vandalus ut cunctis praedam collegerat agris
Rursus adit celeri Punica regna vate
Hic ubi pace diu, fumtis Illustris et armis
Quaq patet notus, vesper et ortus erat
Quid non fata parant? duris invicta sub armis
Itala terra fuit, Punica terra fuit
Quaq verit vitulus Sol et sua lumina condit
Gens fuerat bellis utraq nota suis
Ille feras Aquilas, Lybicos domat ille Leones
Et fugiunt tauros utraq signa truces

Qui

PRIMUS

Qui quoties saeva miscebat praelia fronte
Terruit immense noxia castra metu
Crudelis validis Rex Genserius in armis
Vix Orbis similem, donec, habebit, erit.

VISILAUS
REX XIX nus.

Immensa Genitor dum punica regna tumultu
Et quassat vires maxima Roma tuas,
Caede vacans, nullo bellorum nobilis usu
Degebat patrijs ille quietus agris
Ad flavam Regis tenuit qui Saxonas Albim.
Filia Vandalico nupsit Adolla viro.
Praefuerat regno lustris tribus insuper anno
Ingruit at tacito mors inopina pede

ALARICUS
REX XX simus.

Tertius hinc regni fortes Alaricus habenas
Mollior insani Martis ad arma tulit
Nulla licet turpi tradiderit otia luxu
Aut dederit molli tempora cara gula
Non tamen ipsius spaciosum fama per Orbem
Aut legitur titulis gloria parta novis
Illius thalamo Theodora vigentibus annis
E Burgundionum stemmate, juncta fuit
Quatuor ut tenuit Regni moderamina lustris
Infesta patriam morte reliquit humum.

45.

Barlachstadt Güstrow
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn892975431/phys_0035
Mecklenburg Vorpommern

LIBER

ALBERICUS

REX XXImus

Inclyte perpetuam meruit tua gloria famam
Alberice, decus, gentis et hujus honos
Te non sanguineis Mars impius extulit armis
Cessit et a regnis lis inimica tuis
Nec te tam levibus juvit Victoria pennis
Ut cuperes fuso sanguine bella sequi
Te non ulla virum Conjux regnante peremptum
Aut raptum fratrem flevit amica soror
Ipse tamen patrias augebas fortiter oras
Dum jungis sceptris Sarmata rura tuis
Nempe tuis thalamis illo de stemmate juncta
Haec tulit insigni dote Gyrasca tibi
Ah pereant Reges, qui nil nisi castra sequuntur
E Stygio Pluto protulit arma lacu
Aurea coelesti sed pax descendit ab aula
Pacis amans, pacis coelica dona feret.

JOHANNES

REX XXIIdus.

Huic pacem Genitor tranquilla rura reliquit
Haec quoq pacifica suscipit ille manu
Nec patriam luxu, vel diris perdidit armis
Heroas Virtus si decet, illa decet
Hujus Norwegia praestans Euphemia Regis
Juncta toro magna filia dote fuit

Parca

PRIMUS.

Para quater denos postquam regnaverat annos
Ulteriùs fati currere fila negat.

RADAGASTUS

REX XXIIItius

Marte Radagastus vicinos terruit hostes.
gessit et audaci prælia multa manu
Hic ubi cæruleum Sbrabos prostravit ad Albim
Et vertit tristi nocia castra fuga
Et Marcomannos violentis exitus armis
linquere possessos Marte coegit agros
Magnanimi Regis, qui Bethica rura tenebat
Illius thalamo filia juncta fuit.

VISILAUS cognomento IIdus

REX XXIVtus

Nec minor huic regidis accrevit gloria bellis
Svetus ab invictas hoste referre manus
Infestas patrijs et gentes depulit oris
Addidit et regnis regna labacta suis
Sensit et infestis quoties hunc Sarmata signis
Nil illi celeris profuit usus Equi
Hatziga Cimbrorum pulcerrima filia Regis
Edidit huic juncti pignora multa tori
Ter quater ut lustris regnum servarat, ademptus
Morte fera, rutili scandit mastra poli.

ARITBERTUS

REX XXVtus:

Barlachstadt Güstrow
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn892975431/phys_0037
Mecklenburg Vorpommern

Fortis Aribertus Mavortia bella secutus
Sub signis fuerat Carole Magne tuis.
Illius et pulchra meruit virtute Sororem
Conjugis in thalamos ivit et illa suos
Sensit, qua gelido circumdatur undiq ponto
Illius invictas Cimbrica terra manus
Saxonas et contra validis stetit impiger armis
Dum parere tibi Carole Magne negant

BILUNGUS
REX XXXVItus.

Marte potens latis Bilungus dives et agris
Adjecit Sceptris plurima regna suis
Nec potuit savis gens ulla resistere bellis
Invicta quoties miscuit arma manu
Jungit ab Eois, qua Sarmata rura Borussis
Vistula, piscosis nobilis unda vadis
At ubi Visurgis gelidas uberrimus undis
Humectat Latria florida rura mea
Usq, sub occiduas regni decus extulit oras
Victor et immenso notus in orbe fuit
Nec sumptis illi gens Cimbrica restitit armis
Illa licet valido Marte timenda foret
Qua nunc semirutas humilis dejecta turres
Monstrat et antiquo culmine lapsa jacet
Regia Magnopolis sublimibus ardua muris
Rege sub hoc nitidum vexit in astra caput

Primus

PRIMUS.

Primus hic ex Herulis sacro de fonte renatus
Suscepit veram, corde fatente fidem.
Et prius hac prisca referunt quæ nomina Vestæ
Virgineos primum struxit in Urbe Choros
Hic ubi divinis proponitur Hodica rebus
Filia, supremum pectore fassa Deum
Billungus coeptis ô si durasset in istis
Pro tenebris illi reddita vita foret
Forte nec æternum stygijs premeretur in undis
Quod Christum, veram deseruitq; fidem.

MIZILAUS
REX XXVIImus.

Deditus Idolis tenero Mizilaus ab ævo
Eheu Christicolis, quam ferus hostis erat
Inq; Sacros Christi bachatus cæde Ministros
Christe potens patria te procul egit humo
Quas Pater et nuper Nymphis vestalibus ædes
Condidit audaci diripit ille manu
Quæq; maritalis degebat nescia flammæ
Jungitur invitis Hodica pulchra thoris
Sceptra Booslaus bellis invictus habebat
Sarmatiæ, gelido quæ nive tincta jacet
Hujus juncta thoro, sacros non sponte reliquit
Æterno ritus Virgo dicata Deo.
Vir quoq; Sacrilegis correptus pectora flammis
Sueverat immundos sollicitare Deos

Protinus ô felix precibus devictus honestis
Conjugis injustam damnat et ille fidem
Imperij Columen, teneris Otho tertius annis
Tum post moesta fuit fata parentis, erat
Quando Booslaus cum Cæsare foedera pangens
Intulit obscenis fortia bella Deis
Depulit et vuptis male credita numina templis
Amplexans veri nomina trina Dei
Atq suos suntis cogebat Sarmatas armis
Tre sub Imperium maxime Christe tuum
Inclyte Rex salve, memori non eximet ævo
Nec premet hæc veniens fortia facta dies

MISTEVO
REX. XXVIII vus

Teutonas Henricus dum duxit in arma secundus
Et domuit Cives Italis ova suos
It comes huic Benno, quamvis Contraria nuper
Illi de Patrio moverat arma Solo,
Bennonem sequitur valida Mistevo Cohorte
Quæ fuit ex Heruli undiq lecta suis
Quicquid erat, bello Cæsar quod præstitit isto
In pugna primus Vandalus acer erat,
Saxonis et pulchrum meruit Mistevo Sororem
In Castris forti pangitur illa Duci
Finierat bellum, patrijs et redditus oris
Cum Socijs Princeps salvus uterq fuit
Nec

Primus

Nec mora Conjugium pacta Mistavo puella
Promissog fidem pposcit inesse thoro
Marchio sed patrijs tum Theodoricus in agris
Foedera non fausto vuperat ista die
Et creber objurgans, nec tanta Conjuge dignum
Invidus, externum clamitat use canem.
Vandalus, haec nostri sunt proemia digna laboris?
Inquit et erepto dicor honore Canis?
Sim Canis, et certe, si quid mea dextera pollet
Insanus faciam vulnera magna Canis,
Sic ait et patrias tendit furibundus ad oras
Ac animo volvit tristia multa suo
Convocat et proceres et tristes aggravat iras
Totus et ultrici tendit in arma manu
Conjugij fidem, sancta violatag pacis
Foedera, perjurium conqueriturg scelus
Asperat haec fortes petulans injuria mentes
Et dolet irrisum Vandala turba Ducem
Nec mora, quas potuit, collegit in arma cohortes
Cunctag terribili concutit arma metu
Christiadumg ferox excidit turpiter Urbes
Creditur et verum turba professa Deum.
Undiq subjectis fumant altaria flammis
Summag combusto culmine templa cadunt
Hamburgi validis et cingit moenia signis
Victag funesta conditione premit
Territus in latebras Christi Comes aufugit, hoste
Omnia sacrilega diripiente manu

Quos reperit Vates immani morte trucidat
Atq; funesto sanguine tincta madet
Templa prophanarat viridem quacunq; sub Albim
Notitiam veri continuere Dei
Efferus Holsaticas savo cum milite terras
Vastat, et horribili singula strage replet
Urbs tum qua veteri nomen deducit ab arce
Illius viguit gloria prima soli
Indigenis repleta crebris ditissima culta
Undiq; collectis condecorata bonis
Sola sub his terris summo Domicilia Christo
Insignis vera religione dedit
Tunc excisa sua penitus cum gente suprema
Pertulit, antiquo culmine lapsa diem
Hic o Christiadum, crudelibus obvia fatis
Quas non aerumnas sacra caterva tulit
Iamq; trucidatis quot quot te Christe secuti
Dejecere suis impia phana locis
Ter denos numero templi qui Sacra colebant
Arripuit Sacros Vandala turba Vivos
Tentat nauditam mortis genus, enecat omnes
Et summam capitis disficat Ense cutem
Inq; Crucis formam dat savo vulnera ferro
Ac Cranei diva transfodit ossa manu
Atq; Sacerdotes longo sic ordine vinctos
Per populos, Urbes, castraq; diva trahit
Supremals donec consumtis Viribus auras
Exhalant media deficiuntq; via

Feli

PRIMUS.

Felices nimium, vos terq quaterq beati
Vos decus, et coeli gloria summa manet
Qui Mistevo tui contemtus extitit auctor
Teq relatrantem dixerat esse Canem
Has male Christicolis invexit Marchio clades
Exitio multis, exitioq sibi.
Scilicet exutus, quibus ante superbijt, agris
Consilij coepit proemia digna sui
Urbs à Virginibus, quæ præstans ardua nomen
continet et ripis adjacet Albi tuis
Hac miser extremam cum paupertate Senectam
clausit, et alterius vixit egenus opis
Inclijta, dives agris, piscosis fertilis undis
Merchia, Principibus sic fuit orba suis
Pené, sed elapso Mistævo Canis ab ævo
Finierat vitæ debita fata suæ
Cum pius exactæ reputat delicta juventæ
Quicquid et in summum fecerat ante Deum
Poenitet, et toto conversus pectore, Christum
Credidit æterno de Genitore satum
Hunc veniam Scelerum devota mente poposcit
Accipit et vero jungitur ille Deo
Protinus invisus patrijs depellitur oris
Cultor, quod veræ relligionis erat,
Urbs fuit antiquis tenuit quæ nomina Bardis
Nunc mihi stant solo templa vetusta loco
At tunc illa suis viguit celeberrima tectis
Notaq Christiadum relligione fuit

Hac pius exegit suprema fata Senecta
Confessus summum voce fideq Deum.

ANADRACHUS

REX. XXIX nus.

Filius expulsi suscepit Sceptra Parentis
Et colvit Patrij, numina prisca soli
Hunc Sors eripuit venturis invida Sectis
Nec tulit illius fortia facta legi.
Plurima labuntur priscis incognita sectis
Saepe premit magnos fama nec aqua vivos.

LUDO.

REX XXX mus.

Exclusso teneros Udo Patruele per annos
Omine non fausto regia Sceptra tulit
Vera sub hoc Christi crescens Ecclesia Rege
Coeperat aupitij Spe melioris ali
Turbat hic, et sacros crudeli caede Ministros
Fictitios mactat turpiter ante Deos
Efferus in suos crudelia multa peregit
Et diva gaudens caede tyrannus erat
Donec ad ultrices tandem se contulit iras
Ardua fidevei qui regit astra poli
Semper et ut fuso gaudebat sanguine quidem
Transfuga sic nocium percutit ense latus

Primus.

Godescalcus

Rex. XXXImus.

Urbs ubi divitijs et magno splendida cultu
Nobile de Luna nomen adepta tenet
Hic pius egregias discens cum moribus artes
Sub ferula primos duxerat ille dies
Et Christum teneris recte confessus ab annis
Salvificæ cultor religionis erat
Motus ab indigna sublati cæde parentis
Cum studijs veram rejicit ille fidem
Nec mora quæ potuit fidissima colligit arma
Et vastat patrios irrequietus agros,
Infelix nimium pia Nordalbingia tellus
Hoc tristi veram tempore fassa fidem
Vandaliæ toties motus experta furentis
Tu fueras tantis obvia prima malis
Hanc etiam sævis Godescalcus fortiter armis
Ense fero, diris cladibus, igne premit
Disjicit et sacras, ruptis altaribus ædes
Impugnatq pia religionis opus
Post tamen everso meliores pectore flammas
Sensit, et ulterius desijt esse nocens
Fors semel à Socijs paulum secessit et hæsit
Solus Sylvicolas tristior inter aves
Tristis et ambiguis convellitur undiq Curis
Et subijt veri dextera læsa Dei
Dumq videt vacuas pulsis cultoribus urbes
Ruraq subducto cuncta rigere situ

Hic secum tristi meditatus pectore coepit
Talia difficili verba dolore queri
Heu quid agam, quæ me nunc impia fata manebunt
Aut quæ me læsi numinis ira premet?
Quod cessant steriles foecundis frugibus agri
Occulit et tristes vasta ruina Casas
Quod cerno nullum deserta per oppida Civem
Altaq quod lapso moenia turre jacent
Omnia crudelis, nimium, sed poenitet, egi
Poenitet ô poterit si qua venire salus
Christicolis /: felix, qui se peccasse fatetur :/
Æquior ex illo Vandalus acer erat
Rex Daniæ sævis tum forte Canutus in armis
Difficili pressit Norica rura manu,
Jungitur hic Regi socius, belliq peritus
Evertit turpi Norica castra fuga
Compulit et fortes Cymbrorum jussa Britannos
Ingenti victos asperitate sequi
Hæc ubi felici confecit proelia dextra
Illius in thalamos pulcra Syritha venit,
Et quem marte suo defenderat ante, Canuti
Promeruit pulcris laudibus esse Socer
Hinc pius eversas patriæ respexit ad Urbes
In quibus Astri potens floruit ante Deus
Templaq, quæ summis squallebant diruta tectis
Erigit, et vero mandat honore coli.
Strenuus et Sacri Doctores undiq verbi
colligit, et plebi præficit ille rudi
Intima, quin etiam melius quo sensa reportet
Et capiat verum gens male culta Deum

Vandali,,

PRIMUS.

Vandalicis aperit Christi mysteria verbis
Audijt ac Regem Concio tota suum
Diruta nunc Veteris tum moenia clara Leonti
Albidos ad vitreos structa fuere lacus
Hic, pius, exponens divina dogmata verbi
In medio plebis turbine cinctus erat
Cum cito seditio vesanas impia mentes
Heu dolor. immensum corripit ausa scelus
Atq pium Regem crudeli morte trucidat
Vandala salvificum turba perosa Deum
Expulit et toto Christi pia dogmata regno
Aequat depresso templa sacra solo
Qualia Christiadum tristes lamenta per Urbes
Audiresq gravi de feritate queri
Ecce trahebantur canis de sede capillis
Qui vates vera religionis erant
Effera nec poenis fuit exaturanda libido
Nec miseris cupida copia mortis erat
Arripit, et subito manibus post terga reflexis
Immani sanctos disecat Ense viros
Atq minutatim /: dirum nec amabile visu :/
In foedo trepidant, membra recisa, solo
Tum quog Martyrium, Polabis inventus in agris
Sorte nec Antwerpus commodiore tulit
Ille pius, duris post mille pericula Saxis
Obrutus, aethereis scandit in astra poli
Impia gens istis nimium, sceleratag factis
Lectoris humani non erat illud opus,

Clare trucidatus manibus Godfcalce fuorum
Hic agnofce tuum Vandale dire fcelus
Qui nifi praventus turpi Rex cade fuisfet
Senfisfet poenas Impia turba fuas
Illaturus erat Rujanis proelia Divis
Cultibus haec quorum dedita terra fuit
Cuncta coegisfet patrijs fubjectaq regnis
Oppida finceram non reprobare fidem
Donec adorabit verum Germania Chriftum
Immenfo meritum fama fub orbe vehet

BUTHE
REX XXXII dus.

Filius occifi quantumvis fceptra parentis
Legitima Buthe conditione tulit
Attamen indignum, Regnis expulfus avitis
Vandalus hunc Regem non tulit effe fuum
Ille fed Ornulphi qui Saxona rura tenebat
Implorat, patrijs finibus exul opem
Accitisq feris in triftia proelia Bardis
In patrios valido Marte ruebat agros
Arx vetus in Wagria ftagnantibus adjacet undis
Nomine, quam Ploenam patria lingva vocat
Hic miser infesto Rex circumventus ab hoste
Proditus et turpi conditione fuit
Et dum nulla fuit fpes auxiliaribus armis
Incufat falfam credulus usq fidem
Mox ubi foedifrago fe victum dedidit hofti
Heu fcelus infidi militis enfe cadit

Impius

PRIMUS

Impiüs heu Crito meritas Rhannüsia poenas
Exiget, injüstüm nil finit ista diu.

CRITO
REX XXXIIItiüs RUGIANÜS.

Admissa Crito sceleratüs cade Tyrannüs
Arbitrio tenüit Vandala rura suo
Impiüs ille Deo sceleratis obstitit ausis
Vandalico pellens dogmata sacra solo.
Cui neq par fuerat, collatis viribüs, hostem
Improbüs indigna tollere fraude cupit
Proditüs à propria sed tandem Conjuge mortem
Conducti justo militis ense tulit
Exitüs hic merito diris solet esse Tyrannis
I nunc nequitiæ fidere perge tuæ.

HENRICUS
REXXXXIVtüs.

Perjuro postquam maculatüs Crimine Crito
Sublatüs merita cade Tyrannüs erat
Illiüs egregium totum cum Conjuge regnum
Henricus summo dignüs honore tulit
Et male quos sævüs vastaverat ante Tyrannüs
Holsatiæ cultos ille refecit agros
Dumq Dei sacro veneratur honore ministros
Collocat inq suo dirüta templa solo
Vandala gens iterum magna correpta furore
In Regem mota seditione furit
Colligit et validas in prælia diva cohortes
Impatiens cultüs maxime Christe tui,

Ille sed egressos patrijs è finibus hostes
Obruit in Campis Vagria cúlta tuis
Illi de rutilo clemens Victoria Coelo
Favit, et injustos fugijt illa Vivos
Tempus erat pugnæ prono cùm Phoebus Olympo
Mergere fudantes approperaret equos
Quando Coniscanti roseas cùm lumine terras
Et forti liquidas luce colorat aquas
Impedit obtusos ab ævi lumine vultus
Egit et indubias Vandala Castra vias
Excipit à tergo Phoebi pia lumina Victor
Solis et auxilio noxia Castra necat
Inclyte Rex! Salve, cui totus militat æther
Paret et obsequijs magnus Apollo suis
Mox et vindicibus Rujanos impiger armis
Contudit in vipes pulera Travena tuis
Hic ubi suggesto fusso mons agmine clivo
Nunc quog de Ranis nobile nomen habet
Hostis et evictas populatus milite terras
Commendat natæ Rugia Sceptra suo
Hic de gente fera truculenta morte necatus
Commovit fortem rursus in arma patrem
Nec mora, vindicibus collectis undiq signis
Irruit in Campos Rugia dira tuos
Cautus et edomitos falso numismate fraudat
Et Censu spoliat fana repleta gravi
Aspera cùm Cymbris toties et proelia fecit
Et vires fregit magne Canute tuas

Post

Primus

Post tamen unanimes coeunt in foedera dextra
Arbiter et nemo seditionis erat,
Congressi, ferum semoto milite bellum
Et fortis tristes culpat uterq; vices.
Et Consobrinis, junctis pax reddita dextris
Mansit in eternos inviolata dies
Hinc senior Brissana fortissima moenia gentis
Vicit ubi vitreis errat Havelus aquis
Hic ubi dum praedis inhiat deflevit ademti
Ante diem nati fata suprema sui
Urbs tunc, Imperium clavis qua faseibus auget
In Wagrico steterat celsa Lubeca solo
Victay Vandalicas | : fors omnia mutat : | habenis
Paruit, ast alio nunc viget illa loco
Hac moriens, natis gravior dum creseeret aetas
Dat Consobrino Vandala sceptra suo.

ZVENTEPLOCHUS:

REX XXXV tus:

Impia degeneres commovit factio fratres
Cum placida Genitor morte solutus erat
Dum regni solus male Sventeplochus habenas
Ambijt, arma tibi clare Canute tulit.
Cincta paludosis arx munitissima silvis
Inclyta, qua veteri nomine Plona jacet
Impius hic fratrem crudelibus occupat armis
Et dura Cives obsidione premit.

At quamvis positis lis hæc evanuit armis
Fraterna mites et coiere manus
Sæva tamen dubio gliscens discordia motu
attulit exitium clare Canute Tibi
Arx ubi cæruleis Lucoburgum stringitur undis
Indignum: casus fratre jubente fuit
Ulta scelus Nemesis, fuso ne sanguine fratris
Gaudeat, hac eadem tristia fata tulit
Rursus infesto Dasonis ab ense necatus
Infernos petijt flebilis umbra lacus.

SVINICO
REX. XXXVI tus.

Hic quog nec tutas regni fuscepit habenas
Nec melior Patris fors Sviniconis erat
Urbs ubi tunc isto vetus Artelaburga sub avo
Floruit in ripis Albi vadose tuis
Occubuit tristi confossus vulnere morte
Vandala Gens Dominis sic fuit orba suis
Ultimus Henrici claro de sanguine Regis
Unica Spes regni concidit ille fui.

CANUTUS
REX. XXXVII mus DANUS.

Cimbrorum genitus prostans de stirpe Canutus
Hinc cepit valida Vandala Sceptra manu
Ac Illi proavavus, qua commendaverat ante
Extincto penitus Regna nepote tulit

Saxo

42

PRIMUS

Saxo rebellantes cum Marte Lotharius Urbes
cogeret Imperij frena subire sui
Primus in adversos hic Cæsaris ingruit hostes
Edidit et Martis signa secunda sui
Facinus pretium nomen Regale laborum
Imperij coetu conspiciente tulit
Vandala sed savo gens intractabilis usu
Nititur hunc patrio pellere Marte solo
Ille sed infestos armis delicsatur hostes
Asserit et veræ religionis opus
Ing resultantes conjecit vincula fratres
Quos legit Reges Vandala terra sibi
Sed quod erat summo Regis donatus honore
Illi causa necis pernitiosa fuit
Nam |: scelus :| invidia stimulis obnoxius atris
Occisus proprio de Patruele fuit
Magne tuos Cineres nunquam pia contegat umbra
Insidijs cujus clare Canute jaces.

PRIBISLAUS

REX XXXVIIIvus.

Post ubi pralustris crudeli cæde Canutus
Occidit insidijs impie Magne tuis
Sceptra Pribislaus patrijs qui pulsus ab oris
Egerat, exilij tempora longa tulit
Expulit ille suis Christi pia dogmata terris
Et coluit patrij numina prisca soli
Mactavit sacros immani cæde Ministros
Hos, quibus æterna cura salutis erat,

Marte potens illi, quas Cæsar ademerat arces
Evictas iterum sub sua jura tulit
Rege sub hoc magna splendentia tecta Lubeca
Diruta, funestis deformata modis
Duxerat hostiles ad Balthica littora turmas
Rugia gens turpes devenerata deos
Militiæ Princeps casi de stirpe Critonis
Præditus immani pectore, Race, fuit.
Vandaliæ miro regni, qui captus amore
Egerat è patrijs agmina mille plagis
Dum q Pribislaum clara putat urbe morari,
Quam stringit liquidis pulcra Travena vadis
Protinus infestis hæc cingit mœnia signis
Mœnia, sed paucos ante locata dies
Quæ nova tum positis jacuit confermina muris
Duriter arcima stirpe recisa fuit
Occupat et sacras gladijs crudelibus ædes
Turbaq sanguinea Rugia cæde furit
Turba Sacerdotum subito fugit anxia cursu
Quas potest latebras et loca tuta petit
Stabat arundineis fors undiq condita silvis
Cultores veri recipit et unda Dei
Quæ pia Nimpha tibi Vachnesis carmina dicam?
Urbis, quæ gemino flumine cingis opus
Perdere quos voluit truculentus et improbus hostis
Tu servas sacros officiosa Vivos
Vive diu felix tecum tuus accola vivat
Et vincat quicquid fors inimica velit.

NICOLOTUS
REX XXXIX nus.

Finis.

PRIMUS

Inclytus ut regni suscepit sceptra Nicolaus
Clausa cruentatæ janua Martis erat
Armaq; quatendit latis Germania Campis
Nulla fuere Domi, nulla timenda foris
At feralaturi Turcarum bella Tyranno
Foedera concordes constituere Duces
Fortis et electi Germani copia Martis
Ad Solymas longum per mare coepit iter
Auspice Cunrado quid Cæsare fecerit illic
Res non obscura cognitione patet
Tum quoq; quod patrijs idola colebat in oris
Cæsaris aggressus Marte Nicolaus erat
Dux Leo Cæsareis Henricus præfuit armis
Qui tenuit forti Saxona regna manu
Egit hic hostiles in Vandala rura cohortes
Omnia cum luctu plena fuere metu
Nec mora Nicolaus male tutas dijjicit arces
Et sævo proprias igne cremabat opes
Plurima tum rutilis fumarunt oppida flammis
Ne fierent hosti præda futura suo
Arsit et Florium sublimi mobile muro
Arsit et ex imo clara Dobina solo.
Regia Magnopolis referam, quid clara Swerini
Moenia Vulcano tum violata truci
Vernovia gelidis stetit arx contermina vipis
Ex Herulis Herula nomen adepta fuit
Impiger hic validos expectans substitit hostes
Arx hæc præ reliquis firmior una fuit

Sæpe vagabundos hinc se conjecit in hostes
Multavitq; fera millia multa nece
Atq; loci gnarus funestas undiq; strages
Edebat, cauta doctus abire fuga
Dum ruit in sævos nimium temerarius hostes
Provocat et parva fortia castra manu
Heu medio clarum dum pugnat in agmine Regem
Missa sed ignota confecit hasta manu
Exitus hic illi, qui Martia Castra fecitus
Vulnera mille dedit, vulnera mille tulit

PRIBISLAUS II.
HERULORUM ac VANDALORUM
REX XL. et ULTIMUS.

Territa magnanimi proles post fata Laventis
Noluit aperto prælia Marte sequi
Sed flammis Herulam præstantem subruit arcem
Maluit et vafro bella ciere dolo
Dux Leo fœdifragas sed Marte tonabat ad Urbes
Diraq; Vandalica bella gerebat humo
Gens fera monstrosis, tunc primum, debita divis
Præbuit evictas hoste coacta manus
Quaq; peregrinos nunquam tulit invida Reges
Cogitur externos sustinuisse Duces
Clara Marconei nunc moenia dicta Svevini
Quæ Nereus vitreis lambit utring; vadis
Tum Comitis titulo, justis elatag; signis
Præclarum fausto Marte tulere decus

Gunce

PRIMUS

Guncelinus erat, summo qui dignus honore
Manus ab Henrico tale Leone tulit
Hoc jacet ad gelidum, qua Wismaris, auspice, pontum
Urbs vetus è vili crevit in astra domo
Interea fortis proles generosa Nicloti
In patrio revocat tristia bella solo
Dumq; Vratislaus Herula se credidit arci
Vincula de magno saeva Leone tulit
Cautior insidijs, et silva conditus alta
Justa Pribislaus Principis arma fugit
Mox ut captivo demat fera vincula fratri
Solvat et imposito patria vura jugo
Magnopolin cingit signis audacibus Urbem
Urbs ea Germano milite capta fuit
Moenia pugnando devicit et exuit armis
Teutonas et stricto Vandalus ense necat
Malchoviam structis quod Saxo tenebat in armis
Felici vursus vicit et ille manu
Adde quod Slovium sibi subdidit, adde quod agmen
Hostile exigua perdidit omne manu
Sensit, ut edomitas Leo, Dux fortissimus, Urbes
Detrahere imposito libera colla jugo
Multag Vandalicis caecidisse cadavera terris
Aspera militiae signa secuta sua
Indoluit saevos et vursus tendit in hostes
Vertit et indigna Vandala regna vice.
Quis rebellandi tristissimas extitit autor
Hic Wasil fratri fumere bella suo.

Principis indignum suspendit ab arbore corpus
Hic ubi Malchovij moenia celsa jacent
Iste Vratislao dum savis æstuat armis
Exitus f. heu durum: / fratre vidente fuit
Ille sed ut fratrem violentis vindicet armis
Auxilium præstans, de Pomerane petit
Occupat et celsi vix moenia structa Domini
Hic ubi Marte fero fortis Adolphe jaces
Fortis Adolphe jaces Holsate gloria gentis
Terra tibi nunquam proferet ista parem
Hic tamen invicti magna virtute Leonis
Fracta Pribislai copia Martis erat
Atq; procul patrijs abiens velut exul ab oris
In Syndonijs tristior errat agris
Movit ad excelsum virtus laudata Leonem
Illius ut reputat fortia facta domus
Dat veniam Patria, qua cesserat ante, recepta
Redditur et terris pax Obotrite tuis
Jamq; Pribislaus, bellis edoctus et usu
Damnavit Patrij numina surda soli
Dumq; semel sacro fuerat de fonte renatus
præstitit illæsam tempus in omne fidem
Fictitijs assueta Deis hoc Principe primum
Agnovit verum Vandala terra Deum
Primus et in medijs Doberani moenia silvis
Condidit, æterno rite dicata Deo
Postremo tecum Solymas Leo magne per Urbes
Mille tulit terra, mille pericla maris

In

Primus.

In Patriam rediens ficti simula cra duelli
Et leve diductis cum parat agmen equis
Tergore quadrupedis fracta cervice recussus
Quo fuit occubuit culta Diana loco
Exitus infelix generosi Principis illa
Sors fera nequaquam culpa merentis erat
Ossa sed illius Doberana condita sede
Molliter innumero cincta Nepote jacent.



Barlachstadt Güstrow
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn892975431/phys_0059
Mecklenburg Vorpommern

LIBER

VANDALORUM AC HERULORUM REGES, QUI POST GENSERICUM IN ITALIA ET AFRICA REGNARUNT

ODOACER REX ITALIAM TENUIT ANNOS QUINDECIM.

Liquit ut Ausonias generosus Vandalus oras
Cepit et audaci Punica regna manu
Illicet approperat vastis Odoacer in armis
Rursus et Italiæ pinguia rura capit
Ac ubi præclaris generosa Placentia muris
Eminet Ausonij fama decusq; soli
Hic miserande tuas delens Augustule vires
Hesperio solus Rector in orbe fuit
O tellus felix quondam Saturnia, finis
Hostis hic Imperij debuit esse tui?
Assyrios Cyrus, Chaldæa rura subegit
Evertit magnas et Babylonis opes
Vicit et Euphraten, nullis superabilis armis
Victor in Armenijs constitit usq; jugis
Divitibus Persis, clarisq; Monarchia Medis
Qua stetit in multos mviolata dies
Cessit Alexander Graiorum gloria Gentis
Concidit Ausonia debilitata manu

Cogni

Primus.

Cognita diversis Romana potentia terris
Primum Vandalico Marte subacta fuit
Ergo licet fortes preconia debita gentes
Virtutisq decus militiaq ferant
Non minor his magnis debetur gloria factis
Quorum Mars toto cognitus orbe fuit
Mox ubi ter quinos prestans Odoacer in annos
Italia forti rexerat arva manu
Succubuit fævo Gothorum milite victus
Et doluit varias Italis ora vices.

Honoricus
Genserici filius post Patrem rex Africæ iidus.

Obvia res tenebris, quamvis deterrima semper
Relligio sanctos duxit in astra viros
Sæpeq dum vitæ verum cognoscere fontem
Mensq sibi summi cognitione Dei
Incidit in nocuum tradentes dogma Prophetas
Insana, tartareis, decipiturq dolis
Sic Mahumetigena gens Vandala perdita fraude
Contemsit veri nomina trina Dei
Dumq semel Christi meritos abjecit honores
Corruit in stygios, acta furore, lacus
Fortis Honoricus, vindex insanus et auctor
Dogmatis, infelix, Arrie dive tui
Templa refracturus, salvanti debita Christo
Morte necat sacros, exiliog vivos

Forcipibus plebi linguas et præripit Arrij
Fors execratus dogmata, si quis erat.
Nec mora, cum meritas supervim Rex induit iras
Pro tali poenas impietate luit
Vermibus et divis putrid de Ventre scatescens
Turpiz ad infernas, repsit ut angvis, aquas.

GUNTAMUNDUS
AFRICÆ REX IIItius

Hæc melior diro proles generosa parente
Unigeni coluit dogmata Sacra Dei
Et quos exilio genitor damnarat acerbo
Suscepit sacros restituitq Viros
Eugeniog pius priscos commendat honores
Quo Carthago potens præsule freta fuit
Felix ter nimium felic ô Punica tellus
Rursus et æterno consociata Deo
Hunc tibi ni Regem mors immatura tulisset
Qui tibi quod misera debuit esse fuit
At nunc in terris constanti mente professi
Conspectu fruitur, lætitiaq Dei.

TRASIMUNDUS
REX AFRICÆ IVtus.

Nec Trasimunde tua debetur gloria famæ
Sed tua lætheis facta dabuntur aquis
Tu quoq perjurium Mahometis dogma secutus
Hostis eras summi, supplicium q Dei.

Reji

PRIMUS.

Rejicitur sacris exul Fulgentius avis
Templaq; squallente deperiêre situ
Rexq; nimis falsæ captus pietatis amore
plurima Christicolis damna, necesq; tulit
Quin etiam moriens, veniens ne deferat ætas
Quem coluit divi dogmata falsa Dei
Obstringi certo jussit sibi fœdere natum
Tristis, et extremum sic morituru aid:
Cura mihi Soboles, mandata suprema parentis
Suscipe, nec voces ventus et aura ferant
Ne Mahumetigenos, ne fili defere cultus
Semper in hac firmus Religione mane
Africa gens tecum maneat, cariq; nepotes
Et patrium tollant celsa per astra decus
Verba sed in tenues hæc ventus sustulit auras
Nec fcelerata fuit dicta secuta fides
Deficiens canus seris Trasimundus in annis
Pro merito Stygias crimine pavit aves,

HILDERICUS
REX AFRICÆ Vtus:.

Cultorum patrios certo se fœdere Divos
Obstrictus genitor cum moreretur, erat
Mutat, ad indignum meliori pectore votum
Agnoscens summum voce fidegq; Deum
Rursus et ejectas templorum suscitat aras
Christicolæ pacem restituitq; gregi.
Felix, qui rigido poscenti injusta parenti
Servandam, pactam non tulit esse, fidem

5n-

Fraude Gelismerus hunc diro truncat et ense
O Sors immeritis dira gravisq; Viris
Ille sed in coelo nunc gaudia debita carpit
Deridetq; tuos Atrie dire dolos.

GELISMERUS
REX AFRICÆ VIIus et ultimus.

Sceptra Gelismerus trúncati Punica Regis
Arripit, injusta non retinenda manu
Tum cui sacrarum debetur gloria Legum
Arbiter Imperij Justinianus erat,
Imperij laceras qui postquam sensit habenas
Peneq; Romanum deperijsse decus
Addere collapsis coepit medicamina rebus
Et fera terribiles struxit in arma manus
Inclytus et longo Dux Bellisarius usu
Hostili quassat Punica regna globo
Atq; per insidias iterum Carthagine capta
Victrici domuit Vandala Sceptra manu
Saeva Gelismerus liventi vincula collo
Tum tulit invicti Cæsaris ante pedes
Cinctus et in cavea, tanquam fera bestia multis
Derisus populis, ludibrioq; fuit
Haec tulit injuste meritissima praemia Cædis
Lenta venit pravis, poena sed apta, viris
Jam bis lustra decem, quinos et fortiter annos
Cessit Vandalico Punica terra jugo.
Cæsaris invictis iterum jam subdita signis
Jungitur Imperio maxima Roma tuo

Tem//

Barlachstadt Güstrow
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn892975431/phys_0064
Mecklenburg Vorpommern

PRIMUS

Tempore Sydonias quo Vandala fama per oras
an
Concidit, antiquum non habitura decus.



Barlachstadt Güstrow
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn892975431/phys_0065
Mecklenburg Vorpommern

Liber.

DE DOMINIS HERULORUM AC VANDALORUM LIBER SECUNDUS: HENRICHO BUREWINIO ET NICOLOTO PATRUELES HERULORUM ET VANDALORUM DOMINI.

Impia sors etiam Patruelibus arma duobus
Attulit, et signis intumuere feris
Rujanæ præstans favimavus gloria gentis
Et Dux Imperij Saxonis ora tui.
Dira Burewino minitantes bella, fovebant
Militiæ partes clare Nicolote tuæ
Ille sed ut patrijs non solum fideret armis
Accivit forti, te Pomerane, manu.
Sic ubi discordes rapuerunt fœdera dextræ
Patria funesto perdita Marte fuit
Arbiter hæc rupit Patruelia bella Canutus
Qui tenuit Danici jugera culta soli
Rursus et unanimes concordi pace quierunt
Et desolatas instituere Domos
Lapsaq; preterito Doberani moenia motu
Struxerunt solito sumptibus aucta loco
Saxonas infestis adeunt hic fortiter armis
Tegs tuo turbant fortis Adolphe solo

Hic

SECUNDUS.

Hic ſ: dolor! occúbúit veſano Marte Nicotús
Aſpera dum fortis miles in arma ruit
Illum lugebat vicinia tota peremptum
Exequiasq pias patria terra tulit
Ardua Valdomari dum bella Lubeca repreſſit
Traxit et è Danico libera colla jugo
Juſta Burevinus tum Civis ſigna ſecutus
Aſſeruit Leges urbs generoſa tuas
Magdalis æternos referentia tempora vitus
Hujus teſtantur fortia facta manus
Civibus hac ceſſit clemens Victoria luce
Creditur Urbs tanta tuta fuiſſe Dea
Scilicet effulgens coelo ſol lucidus alto
Offuſcat radijs Cymbrica caſtra ſuis
Dum premens, oculis proſpectus evipit omnes
Hoſtes Crudeli ſuccubuere nece
Exigis immenſum quoties de Cive tributum
O Eſto memor Cladis Cymbrica terra tuæ
Urbs, quæ mirificas jactat Stralſundia turres
Hic ubi Contractas Nereus arctat aquas
Principe ſub valido iſto circumdata muris
Vandalico clarum nomen in orbe tulit
Mortuus extremo confectis canus ab annis
In Dobberanea conditus æde jacet.

HENRICUS BUREVINUS IUNIOR
VANDALORUM AC HERULORUM
DOMINUS.

Barlachstadt Güstrow
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn892975431/phys_0067
Mecklenburg Vorpommern

Hic regni vivo suscepit sceptra Parente
Illius ut vires cana senecta tulit
Egit et innocuos quantum sors pertulit annos
Aspera nec promptus Miles in arma fuit
Grandæ vumq Patrem claris virtutibus æquans
Non Comes effrenæ seditionis erat
Dumq Gadebusi /: fatum miserabile :/ frater
Extinctus tecti mole cadente fuit
Solus hic in regno defunctæ stirpe superstes
Possedit lata Vandala rura manu
Hic ubi jacta leves paulum tolluntur in auras
Tecta paludosis Gustroviana locis
Cæciliæ sacras primo pius exstruit ædes
Ornat et informem religione locum
Mortuus, ut fertur, florentibus integer annis
Gustrovio sacra conditus æde jacet,
Hinc proles Patrias distinguens finibus oras
Quæq suos titulos et sua rura tulit
Ordine sed quovis habitas principe terras
Illius et paucis versibus acta canam

NICLOTUS
HERULORUM ET VANDALORUM DOMINUS

Ardua Niclotum subvexit in æthera virtus
Et fuit ingenio, Consilioq vafer
Principibus cultis quibus paret Marchia cultis
Vandalus Imperij jure satellus erat

Huic

Secundus

Huic de more dedit trabeatam Marchio vestem
Jus Patrocinij scilicet illa fuit
Accipit et summo dignatur honore Nicolaus
Nec negat illius jura fidemq; sequi.
Attamen ut patrias defendere nititur oras
Lis ceptis regni finibus orta fuit
Marchio colloquium simulatis postulat armis
Ille sed astutus non minus arma timet
Protinus in densis sua condidit agmina silvis
Auxilium Domino ferre parata suo
Dum male conveniunt, et Marchio fortior esset
Hæccine sunt pacta fœdera pacis ait
Atq; velut ludens pileum projecit in altum
Militis hoc signum nempe latentis erat
Nec mora vicinis erumpunt agmina silvis
Agmina non isto visa fuisse loco.
Fit fuga, fit cædes, patrijs vix Marchio terris
Redditus hostiles increpat usq; dolos
Patria Nicolaus sic fortiter arva tuetur
Eludens vires Marchio sæpe tuas
Evehit argutis Æsopum Græcia dictis
Socraticus plenus sermo leporis erat
Ille sed insignes verbis jocularibus fronq;
Callidus et mira dexteritate fuit
Vera sub et levibus latuit prudentia verbis
Summaq; sed dextris misceri acta jocis
Ejus qua blande molles finivit amores
Uxor ab Ascanio stemmate nata fuit

Pluribus ille pius Doberanum sumptibus auxit
Distribuitq Sacris præmia larga viris
Humandiq suos illic jus omne nepotes
Instructus vera relligione, tulit.

IOHANNES HERULORUM ET VANDALORUM DOMINUS:.

Clarus Johannes validis nil præstitit armis
Pacificus patrio sed fuit ille solo.
Consortem thalami Comitis cum dote Rupini
Legitimo natam ductus amore tulit
Multaq felicis suscepit pignora lecti
At vitæ sors non omnibus una fuit
Plurima nam sacris horum pars dedita rebus
Præposuit curis otia grata crebris
Mortuus at genitor tumulo requiescit in isto
Quem nuper patria constituebat humo.

HENRICUS MODESTUS HERULORUM AC VANDALORUM DOMINUS:.

Hic propter sobriæ frugalia munera vitæ
Hoc nomen merita laude Modestus habet
Felix si vacui duxisset tempora lecti
Et natos nunquam si genuisset, erat
Scilicet effrenes, dum lege coercuit æqua
Et statuit nimijs sumptibus esse modum

A

A natis solis periit desertus in ovis
Dum vigidas silvas, et vaga lustra petit
Undiq; mox odijs, et justo Marte petiti
Ejectus patrio fugit uterq; solo
Abstulit et Nemesis crudeli morte Niclotum
Exul et ignota contumulatur humo
Longa sed Henricus traducens tempora, fato
In sua credidero: damna superstes erat
Scilicet extremam cum paupertate senectam
Passus, et innumeris cladibus actus, obit
Non ejus Conjux aut flevit funere proles
Tristis et infernas umbra petivit aquas.

NICLOTUS
VANDALORUM ACHERULORUM DOMINUS

Vindicibus superis postquam periere, Niclotus
Degenerum fratrum debita regna tulit
Illius in thalamos teneris promissa sub annis
Illustris Daniæ filia Regis erat
At donec Juveni succresçat nubilis ætas
Ede Dobertina virgo morata fuit
Jam matura viro sacras non sponte Sorores
Liquit, in experto Riza locanda thoro
Clarus at insigni Martis virtute Niclotus
Invicta gesit proelia multa manu
Fudit et exiguo Rujanas agmine turmas
Oestenas in Patriam restituitq; solum

Teq; rebellantem violentis Marchio signis
Exciso patrijs milite stravit agris.
Primus et Eltenam præstantem condidit arcem
Quam stringit liquidis lympha palustris aquis
Miles ut accitis te Gallia juvit in armis
Invasit tumidum Pleurisis agra latus
In Patriam rediens morbo confectus ab isto
In gremio moritur candida Rixa tuo.

IOHANNES
HERULORUM AC VANDALORUM DOMINUS.

Arripit extincto mox gnatus sceptra Parente
Impiger, ut bellis undiq; cinctus erat
Hinc Rugus surgens, illinc fera Marchia bellum
Attulit, astutis effugit ille dolis
Callidus et Patriam magna virtute tuetur
Ne foret injustis illa rapina Viris
Consortem thalami Mechtildim nomine duxit
Quæ Pomeranorum stemmate nata fuit.
Hac binos natos, totidem tulit ille puellas
Uni sacra placent, altera nupta Viro.
Mortuus in patrio tumulatur rite sepulchro
Spiritus at rutili vivit in arce poli.

NICLOTUS
HERULORUM AC VANDALORUM DOMINUS.

Hic etiam patrias dum bellis vindicat Urbes
Sustinuit vires Marchia sæpe tuas

Civiles

SECUNDUS.

Civiles domuit tranquilla mente tumultus
Depulit ęg suo tristia bella solo
Post ubi vitales extinctus liquerat auras
Sceptra dedit fratri suscipienda suo.

IOHANNES HERULORUM AC VANDALORUM DOMINUS.

Clarus Johannes magna pietate verendus
Et factis prudens, consiliog fuit,
Pertulit ille tamen, patrijs non tutus in agris
A Consanguinea tristia bella manu
Victus et exigua contentus sorte quievit
Et tenuit patrij jugera pauca soli
Perfida Judea gens et nequissima Secta
Qua nequit in media cernere luce diem
Hoc immane pio Crimen sub Principe tentans
Ausa fuit summum dedecorare Deum
Et templi foribus venerabile Sacramentum
Arripit, et media sparsit ubig via
Et pedibus calcans, et favo verbere laedens
Immensis odijs ludibriog premit
Heu immane nefas, tantum tua pectora coeca
Noctis habent, Stygio gens cruciranda lacu
At scelus horrendum Princeps non liquit multum
Judaeos cunctis convocat ille locis
Dum scelus coram saevo tortore fatentur
Imposuit vigidis turpia monstra rotis
Attamen haud tantis gens impia territa poenis
Christe potens odio dum furit usg tuo,

Majus adhuc istis /: quis crederet :/ institit ausis
Nec mortem Stygio ducta furore timet
Impia sacratum quaedam fors foemina panem
Vendidit, extructis digna cremare rogis
Judaeus pretium tacito sed foedere solvit
Hostia sacrilego redditur alma cani
Accipit ac acubus gens effera pungit acutis
Seq; putat Christum tadere posse Deum
Vagijt attactu /: dictu mirabile :/ panis
Totus et horrendum, sanguinolentus erat
Detegitur facinus, saevis gens impia flammis
Obruta, sulphureas tristis adivit aquas
Inclitus hic Princeps Christi defendit honorem
Nunc ergo rutili vivit in arce poli.

NICLOTUS
HERULORUM AC VANDALORUM DOMINUS.

Dum Rex Sarmatijs veniens Lacoldus ab agris
Tristia Marchiacis intulit arma plagis
Abduxitq; pia tenevas cum Matre puellas
Obruit, et saevis oppida multa rogis
Niclotus patrijs degens Contractus in oris
Vicini doluit tristia damna sui
Saeva nec ultrices instruxit ad arma cohortes
Nec te quaesita Marchio juvit ope
Nullaq; de gestis tulit ardua nomina rebus
Militiae quamvis tempora plena forent
Cum vitae medios vix dum confecerat annos
Finitum Lachesis rupit iniqua colum.

Barlachstadt Güstrow
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn892975431/phys_0074
Mecklenburg Vorpommern

SECUNDUS.

LAURENTIUS HERULORUM AC VANDALORUM DOMINUS.

Addictus sacris tenero Laurentius ævo
Inclita de molli nomina pace tulit
Gratag divinis impendens otia rebus
Et Patria Martem cedere jussit humo
Fortis Alexander dum Letuana vuva reliquit
Duxit et in terras Tartare fave tuas
Gens fera Vandalicis tum forte remansit in agris
Qua Latrocinijs vivere sueta fuit
Hanc pius extirpat justis Laurentius armis
Et nocua flammis occubuere domus
Equatasg solo promtas latronibus arces
Jam notat in solis vasta ruina locis
Occubuit fatis, cano confectus ab ævo
Illius at nunquam fama pevive potest.

BALTHASAR HERULORUM AC VANDALORUM DOMINUS

Hunc etiam patrijs fors diva coëgit in agris
Tristia civili sumere bella manu
Saepeg difficiles belli discrimine clades
Civibus inflixit celsa Lubeca tuis
Et tua prædatus signis hostilibus arva
Abduxit cunctis rapta jumenta locis.

64

Illius impatiens urbs præclarissima damni
Undiq; Militia colligit arma sua
Ducit et audaces in Vandala rura cohortes
Perchini celsas depopulata domos
Stelligeriq; capit validissima mœnia montis
Et trux immensum civis in urbe furit
Est locus, et rosseis peperit sibi nomen ab hortis
Et superat cultu rura Sicana suo
Hunc quoq; feruli civis deperdere flamma
Sustinet, et mœstos coglt abire lares
Urbs neq; Gustrovium damnis immunis ab istis
Exitij dolvit, tempora dura sui
Degener ô Civis, tunc sumtis fortior armis
Nunc citus in luxum, lentus in arma vuis
Balthica fevalis dum presfit littora pestis
Gustroina fortis Balthasar Urbe cadit.

IOHANNES HERVLORVM AC VANDALORVM DOMINVS.

Hic virtute satis, sed nullis inclytus armis
Fœgerdiq; pio pacis amante fuit
Effera tum sœvos impellens factio Cives
Afflixit patres celsa Lubeca tuos
Mœstaq; proscriptum deflevit ab Urbe Senatum,
Curia dum coeca plebs vatione furit
Sola nec indignam tetigit fors ista Lubecam
Pene sed hoc toto serpsit in orbe malum
Major et è furijs Stygio progressa profundo
Tale vurnoso miscuit orbe nefas

Marte

SECUNDUS.

Marte Sigismundi sed fausto territa Regis
Cæsareas timuit cassa Libera manus
Hic iterum pulsas sed bis post quatuor annos
Restituit Dominos Urbs generosa tuos.

BERNHARDUS HERULORUM ET VANDALORUM DOMINUS.

Improba Civili gliscens discordia motu
Sævit in populos Teutonicos ora tuos
Multag funestis vastantes oppida flammis
Hostica solas diripuere domus
Bernhardus patrijs fine cade quietus in agris
Temporis indoluit tristia fata sui
Dumq crebris Patriæ decertant litibus Urbes
Solus rusticolas molit ille casas.

IOHANNES HERULORUM ET VANDALORUM DOMINUS

Liber ab invidia patrijs gratissimus oris
Et sine fraude loco desitus ille fuit
Otia composita ducens frugalia Vita
Alea non illi cognita Martis erat
Et bene quæsitis angusto tempore rebus
Præfuit, et patrias sedulus auxit opes
Quas etiam proavi minuerunt fumtibus Urbes
Reddidit his patrij libera jura soli.

LIBER

NICOLAUS HERULORUM AC VANDALORUM DOMINUS.

Ætas te puerum tua sed prudentia fortem
Et tua te probitas iudicat esse senem
Magnaq; te Virtus primis ornavit in annis
Præstitit et Patriæ gaudia plena tuæ
Te neq; Luxuries pariis contraria rebus
Aut belli nimius diminuebat amor
Sola tibi Virtus nec turpis inertia Cura
Te puerum magnos collocat inter avos
Quin etiam facies ornatus pectora Musis
Summa sed alterne gloria Dotis erat.

CHRISTOPHORUS HERULORUM AC VANDALORUM DOMINUS

Cincta paludosis cum Marchia fertilis undis
Marte tot effractas debilitasset opes
Non tamen in mollem cojit lævissima pacem
Fessa nec innumeris cladibus illa fuit
Rursus at insurgens lævisq; ferocior armis
Plurima Vandalicis intulit arma plagis
Hæc quoq; Christophorum crudelia bella parantem
Abstulit in Campis Rhetaris ora tuis
Urbs hujus gelidum præclara rebellis corpus
Cepit, et in sacro condidit ossa loco.

GVI

Secundus

GVILIELMUS
HERULORUM-AGVANDALORUM
DOMINUS
ACISTIUS FAMILIÆ ULTIMUS

Addictus Studijs tenero Guihelmus ab ævo
Non Martis Phoebi miles ad arma fuit
Güstrovij sacris et Præsul lectus in Urbe
Legitimi sensit gaudia nulla thori
Deficiente suæ sed quando propagine stirpis
Pene decus Patriæ concidit omne domus
Protinus Ascanio claro de sanguine sponsam
Legitimæ prolis ductus amore, tulit
Hinc etiam Sophiæ, Pomeranas illa per Urbes
Dote fuit formæ conspicienda suæ
Conjugio felix, sexus tamen ille virilis
Expers, heu fati lege negante fuit
Pacis amans, sumtis sed non minus utilis armis
Marchiaco gessit prælia multa solo
Hic ubi Christophorum fratrem deflevit ademptum
Militis ut cecidit proditione sui
Ipse quod evasit Molsana gloria dextra
Præstitit, hoc fido milite tutus erit
Forsitan Rostochio dejectus ab Urbe Senatus
Exorta plebis seditione fuit

Barlachstadt Güstrow
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn892975431/phys_0079
Mecklenburg Vorpommern

LIBER.

Exit in immensum regnandi dira cupido
Inq scelus miscet plebs furibunda scelus
Cum cito vindicibus circumdatur undiq signis
Mox Urbs hostili diripienda dolo
Detegit hic Urbi fraudes, casumq futurum
Ac instent illi, quæ sortis arma, docet
Protinus occlusas dum servat milite portas
Arripuit celeres hostis ab Urbe vias
Cum fera tempestas, similem cui nulla tulerunt
Sæcula, ferales fecit in orbe metus
Ventorum rabie celsis cum turribus Urbes
Heroum fortes et cecidere domus
Et tumidi passim volventes omnia secum
Aggeribus ruptis, prosiluere lacus
Ultimus occubuit generosi sanguinis hæres
Stemmata Vandaliæ, qui tulit alta domus
Regibus à magnis multos dominata per annos
Hic ô Stirpe sua deficiente cadit.

DE

SECUNDUS.

DE DOMINIS ROSTOCHII.

ORUM.

BŮREVINIUS

ROSTOCHIORUM DOMINUS

PRIMUS

Hic cum Germanis cavi post fata parentis
Dividit ut patrij jugera culta soli
Huic cessit cultis tellus Lacibůrgia campis
Vernovius gelidas hic ubi volvit aquas
Hæc à Cisinis multos habitata per annos
Gentibus his clarum nomen adepta fuit
Nunc ubi Rostochium sublimibus ardua muris
Urbs floret patrij prima Corona soli
Illa Bůrevino tunc inclyta principe tellus
Concessog sibi jure superba fuit
Princeps qui summis fuerat Virtutibus auctus
Et patrios lata pace regebat agros
Heu scelus, exactis senio confectus abannis
Dum tulit invitos agra senecta dies
Dum sua carities, et crevit inutilis ætas
Indigna captus lumine sorte fuit
Ah miser, et si quis vel Patrem turpiter odit
Vel premit, in Coelo corripit ille Deos

Nec Senium felix, sed adhuc Juvenilior ætas
Innumerabilibus casibus acta ruit
Hujus vindicibus proles nequissima fatis
Occidit, et titulos sceptraq nulla tulit
I nunc et canos venerari temne parentes
Ne quicquam superi quem movet ira Dei.

BALDOMARUS
ROSTOCHIORUM DOMINUS

Improba dum fortes persvasit factio Cives
Wismariæ Domino bella parare suo
Ac effusa suis temeraria pectora portis
Turpiter immundo procubuere solo
Mersaq vicinis pars luctaretur in undis
Et biberet foedos hoste premente lacus
Baldomarus præstans, duris sed inutilis armis
Arbiter istius seditionis erat
Jussa facit, missis pacemq paciscitur armis
Amplius haud Dominis Urbs onerosa suis
Arsit ut illius civili patria bello
Et fieret multis pugna cruenta locis
Immunis belli patrijs hic solus in agris
Exegit vitæ mollia fata suæ
Ac intestinis misceri noluit armis
Principis hæc virtus ingeniosa fuit
Indulgens aulæ, vitijs ac mitior æquo
Nobilibus fertur succubuisse viris

Mor,,

Mortuus in patrijs tumulatur rite sepulchris
Ædes qua sacro stat Doberana loco.

NICLOTUS cognomento PUER ROSTOCHIORUM DOMINUS

Hic puer ac istis regno non utilis annis
Ardua de molli sceptra Parente tulit
Factaq conveniens illi puerilia nomen
Et tulit ærumnas sors inimica graves
Quas thalamo sponsas petijt, mox ille rejecit
Noluit et pacti foedus inire thori
Hæc illi tristes levis inconstantia clades
Attulit et patrio plurima damna solo.
Nam ferus ulturus contemtam Marchionatam
Aspera crudeli bella cohorte movet
Rostochiumq premit signis hostilibus Urbem
Et late cultos depopulatur agros
Mox Urbs, quæ Daniæ tunc inclijta sceptra tenebas
Jus patrocinij quærit Erice tui
Sed nec fida diu, sævo conversaq motu
Infert Patrono tristia bella suo
Nec mora vindicibus Rex illam compulit armis
Ferre peregrini jura severa Ducis
Vertitur hinc atrox in propria viscera bellum
Foedaq civili sangvine dextra madet
Lis oritur, clari pars pellitur Urbe Senatus
Pars effrenati militis ense cadit

Sic ubi sub nocuis quae fertur condita signis
Saevijt in Dominos Urbs inimica suos
Henrici capitur justa virtute Leonis
Prabet et evictas Marte coacta manus
Punijt hic fontes, Urbis pulsumq; Senatum
Restituit patrij ruptaq; jura soli
Interea fatis sine prole Nicolaus ademtus
Haeredi titulos, sceptraq; nulla dedit
Totaq; magnanimo Ditio subjecta Leoni
Ne quicquam Dominos ingemit orba suos.

DE DOMINIS MEGAPOLEOS

IOHANNES cognomento SENIOR DOMINUS MEGAPOLEOS THEOLOGUS.

Gloria Magnopolis Princeps clarissime Stirpis
Qua te, quaq; tuos laude sub astra ferant
Qui genus et titulos et avita nomina gentis
Solus de sera posteritate refers
Te virtus, te sacra fides, te regula morum
Evehit et si quod restat in orbe decus
Tu tua non levibus duxisti tempora rebus
Addictus sacris Pieriq; choro.
Parisijs tenero studijs formatus in aevo
Otia segnitiae desidiosa fugis
Hic ubi sectaris sacri mysteria verbi
Decedunt annis bis duo lustra tuis
Nec titulo induit verbum coeleste fateri
Ornavitq; tuum sacra thiara caput

Dum

SECUNDUS.

Dumq refers sacri sinuosa volumina Mosis
Ceu fuerit rutili machina structa poli
Aut pia sacrorum volvens oracula vatum
Purior humanum ceu luat agna scelus
Aut quicquid Sophiæ medijs è fontibus infers
Mirantur juvenis verba diserta Senes
Parisijs studio cum sic incumbis honesto
Contulit hic Comites sors tibi fida pares
Unus ab his Cypri, patrijs ditissimus agris
Massiliæ Regis Filius alter erat
Cum quibus unanimis, nullis violataq rebus
Ducis amicitiæ tempora culta tuæ
Et tua cum geminas aleret tibi terra Sorores
Utraq legitimis et fuit apta thoris
Regibus has offers æterno foedere sponsas
Nupsit et externis utraq virgo viris
Redderis ut tandem patrijs doctissimus oris
Suscipis insigni patria sceptra manu
Hic tua sincera prudentia cognita laude
Egit multa domi, multa probanda foris
Arx erat angustas prospectans æquoris undas
Nunc nisi ruricolis conspicienda casis
Incola Dorsovium patrio de nomine dixit
Hoc illi robur nomen habere dedit
Astaluit fures, et diros illa latrones
Vicinis ingens indigenisq malum
Sæpe peregrinis veniens mercator ab oris
Abreptas dulces hic sibi flevit opes.

Sed tu Juris amans, cum Civibus arma capescens
Qui ripas habitant pulcra Travena tuas
Strenuus evastans aptam latronibus arcem
Aquas et presso moenia vulsa solo
Civibus ac istas vicino flumine terras
Attribuis salva tempus in omne fide
Hinc quoq jam tuta labuntur in aequora merces
Qua Cives ditant celsa Lubeca tuos
Adde quod et duris domuisti Livonas armis
Christus ut hoc etiam notus in orbe foret
Primus et has coelo luceavis fortiter oras
Debetur meritis gloria tanta tuis
Vestales sacras et primus construis aedes
Hic ubi te summo Renis honore colit
Renis honore colit, qua te non excolet aetas
Nil virtutis habet, nil rationis habet
Structa Gadebusi tua molliter ossa quiescunt
Nominis et nunquam fama caduca tui.

IOHANNES DOMINUS MEGAPOLEOS:

Hic ubi foecundis Urbs Hildeshemia campis
Adjacet Hercinijs conspicienda jugis
Electus Praesul, tenerum sine Conjuge tempus
Expers et sacri transigit ille thori
Mox ubi legitimi contraxit foedera lecti
Indoluit prolis tristia fata suae
Dum quia veloces cogit sub retia cervos
Et sequitur celeres natus ab Urbe feras

Jm//

SECUNDUS.

Improbus Æolio prorumpens Æolus antro
Horrendo virides turbine stravit agros
Atq paludosis illum submersit inundis
Non procul à portu Wismaris alta tuo.
Exitus heu tristis Genitor sine prole supremam
Cum luctu clausit tristitiaq diem
Invalidusq thori, canis et debilis annis
Fratribus attribuit patria rura suis.

HENRICUS DOMINUS MEGAPOLEUS HIEROSOLYMITANUS

Hujus ego laudes tenui quid carmine dicam?
Exilijve sui tempora magna canam?
Si pius Æneas, si solers fertur Ulysses
Passus ab iratis mille pericla Deis
Vicerit hic rapidam Scyllam Symphlegadus ille
Pertulit in terra, pertulit inq mari
Claraq Liligeri dum Regis Castra secutus
Dira Phareratris intulit arma Getis
Captus ab immani Turcarum vincla tyranno
Undenos annos et tria lustra tulit
Exutusq suis, servilia munia, rebus
Indigna pulsus sorte subire fuit
Unus erat numero tantummodo servus ab isto
Quos centum patria liber alebat humo
Hic auro vestes, nitidoq intexuit ostro
Æmula laudasset nobile Pallas opus
Artibus his Domino miseræ solatia vitæ
Et tenues victus, subsidiumq tulit.

Utq; premebatur curis, sic tristis egestas
Injecit sævas in sua fata manus
Interea patrias Conjux deserta per oras
Absentem frustra fletq; gemitq; Virum
Sæpe puer blandus per tristia colla volutus
Dixit Io genitor, dic mihi mater, ubi est.
Jam rata nec superas illum spirare per auras
Ignoto tumulo dona suprema tulit
Quod potuit flevit, magnumq; precata tonantem
Sit quacunq; jacet non gravis ora viro
Inq; plagas Solijmas suspiria longa remisit
Irrita præcipites ista tulere Noti
Nec |: scelus :| affuerant, qui se simulare maritum
Auderentq; pium sollicitare thorum
At cito conficti patuit dum Criminis error
Nequitiæ poenas pendit uterq; suæ
Undenos annos et sol tria lustra peregit
Exuit ut vultus Lubrica Diva graves
Tempore quo Gethicas cepit regnare per Urbes
Sultanus nullis conspiciendus avis
Olim quem Patrijs dum pressit Livonas armis
Subdidit et vero barbara rura Deo
Militiæ Socium tenuit, artisq; peritum
Cujus ab impulsu moenia vasta ruunt
Mittitur huic vinctus. Nec pluribus ille moratus
Liber, ait, de me, si cupis esse potes
Ille ego sum |: nec te moveat sors nostra :| parentis
Qui sub militia gessimus arma tui

Nunc

Secundus

Nunc mihi fors illum tribuit, quem cernis honorem
Eheu quam graviter restitit illa tibi
At ego militiam veterem junctosq labores
Et memini Patris fortia facta tui
Scimus et incolumen patrias regnare per oras
Quem tibi legitimo foemina juncta thoro est
Liber eris veteris stat quadam gratia facti
Inter inhumanos et manet illa Getas
Ille refert grates nec enim majoribus unquam
Laetior officijs, muneribusq fuit
Hinc abijt, faustis fulcantibus aequora ventis
Protinus Argolica constat et hospes humo
Hic iterum captus, Sultano et vinctus eodem
Redditur, aerumnas ingemit ille novas
Rursus et impositum, ventosa per aequora puppi
In placidos salvum jussit abire finus
Addit opes, addit socios, quibus ille per altum
Tutus in Ausonias venerat usq plagas
Impiger hinc patrias tandem cum venit in oras
Ithacus ut nulli cognitus ille fuit
Optima nec Conjux carum venisse maritum
Credidit, misidis ante petita dolis
Olim quae juvenis patrijs deserta sub oris
Dum redit ah fero tempore vixit anus
Nec mora /: non omni fors improba tempore saevit :/
Agnovit Dominum patria terra suum
Solvitur in novum patria domus alta triumphum
Hactenus exepto, qua fletit orba Duce
Omnis et extrema concurrit ab urbe juventus
Adventum Domini testificata sui..

Præparat amplexus Conjux, lacrimisq; profusis
Insperata diu gaudia verba negant
Hinc proles, castaq; nurus, cariq; Nepotes
Gratantur reduci post mala tanta Patri
Mox Senior lapsis coepit succurrere rebus
Antiquum Patriæ restituitq; decus
Hos quoq; dum patrijs degit procul exul ab oris
Tristia, qui natis bella tulere suis
Vindicibus rediens Heros compescuit armis
Teq; suo pepulit Marchio clare solo
Armaq; confestim Gelasinam vertit in arcem
Quæ tum Latronum diva spelunca fuit
Wismariæ Cives et fausto Marte feroces
Compulit impositæ pacis inire jugum
Si quis ab ærumnis Heroes agnoscere priscos
Sciveq; fortunæ fata caduca cupit
Ille graves vitæ casus verosq; labores
Extrema doctus conditione fuit
Heu quoties Getico convitia diva sub orbe
Pertulit et Christum linquere jussus erat
Heu quoties illic turpes ascitus ad aras
Horruit immitis sacra nefanda Dei
Pro quibus alta tenet summi nunc gaudia coeli
Illius et toto fama sub orbe volat

HENRICUS
DUX MEGAPOLEUS
LEO
PROPTER VIRTUTEM BELLICAM APPELLATUS

Quid

SECUNDUS.

Quid te Magne Leo priscis Heroibus æquem?
Sive feram Dextra fortia facta tua
Cum genitor Solymis exul degebat in oris
Tu valido Patrios Marte tueris agros
Impius Albertus, quo tempore præsit Adolphum
Cui gravis Imperij tradita cura fuit
Impiger Henricus patrijs accitus ab agris
Austriaci sequitur fortia castra Ducis
Clauditur et densis ubi clara Bohemia silvis
Edebat Martis prospera signa sui.
Solus et infestos expectans fortiter hostes
Cum fugeret celeri coetera turba fuga
Magnanimi titulos meruit nomenq Leonis
Laudibus et summis vectus in astra fuit
Rex Daniæ juntis dum Svecos compulit armis
Annua devicti ferre tributa soli
Hic quos de Patrijs collecto milite terris
Aspera pro forti proelia Rege gerit
Contudit et pavidos ingenti vulnere Cives
Wismaris Urbs illi quando rebellis erat
Qui neq parebant, illiq jubesse negabant
Rostochij cauto Moenia Marte domat
Restituitq Patres et pendunt sanguine poenas
Qui caput exorta seditionis erant.
Errat in humanis leviter Sors improba rebus
Soepius et meritis proemia digna negat
Quem nuper patrijs Regem defenderat armis
Et cui legitimo foedere junctus erat
Aggreditur fortem, versa modo sorte, Leonem
Et frustra patrio, pellere tentat Rumo.

Ille lacessitus, dum justas concipit iras
Ing movet Danicum tristia bella solum
Poenitet, ac fausto Rex fractus Marte, Leonis
Rursus amicitiæ foedus inire cupit
Bis Leo Valdomarum violentis exuit armis
Quem fuit infaustum Marchia nacta Ducem
Stargatij titulos illic nomenq; Ducatus
Ense fero, victo primus ab hoste, tulit
Gesfit ut irriguis Dithmersia prælia Campis
Atq tot illustres mersit acerba vivos
Hic etiam tristi sua miscuit agmina pugna
Vix ubi difficili clade redemptus erat
Irruit et savus Rujanos hostis in agros
Infelix tellus cum sine prole fuit
Subjectamq; sibi violento Marte tuetur
Donec non armis, ære redempta fuit
Quæ pia Sarmaticum Stralsundia conspicit æquor
Quâ gravis angustas Bosphorus adstat aquas
Tunc obsessa vagis sua vidit moenia signis
Dux ubi Saxonia captus Ericus erat
Unius in Clades ingens exercitus Urbis
Venerat à terris puppeq; vectus aquis
Urbs non capta tamen, magnos decedere Reges
Rebus et infectis visit abire Duces
Venerat huc etiam patrijs Leo fortis ab oris
Militiæ segnes increpuitq; moras
Marchio cum patrijs veniens Ludovicus ab agris
Tristia Stargardi presserat arva soli
Hunc Leo Granzois victum prostravit in oris
Hic ubi Nobilitas plurima capta fuit

Nec

Secundus

Nec semel at frustra Pomerano Marte petitus
Rettulit invictas semper ab hoste manus
Fortiter insurgens et Praesulis arma repressit
Virginea praefert Urbs ubi serta manu
Rostochij terra, fatis cum cesserat haeres
Addidit et sceptris altera Sceptra suis
Ille suo dictam de nomine condidit Urbem
Erigit acclivi qua Leacolla juge
Hic ubi clara tibi sacras instruxit honores
Ribnitij sacras struxit et ille domos
Hectora si fortem, si quis miratur Achillem
Non minor hinc Virtus celsa sub astra locat
Nec minus in magnis meruit sua dextera bellis
Et Leo non ficto nomine dictus erat
Qua surgunt altis Doberani moenia tectis
In patrio recubet molliter ille solo.

Barlachstadt Güstrow
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn892975431/phys_0093
Mecklenburg Vorpommern

LIBER TERTIUS
DE
DUCIBUS MEGAPOLEIS ET STARGATIÆ
LIBER TERTIUS
PRIMO
DE
DUCIBUS STARGATIÆ
IOHANNES
LEONIS FILUS PRIMUS DUX STARGATIÆ

Ille Bohemicas cum fratre profectus ad oras
Hic ubi turrito culmine Praga jacet
Carolus illustrem qua duxerat undiq coetum
Illo qui Cæsar nomine quartus erat
Hic Ducis insignes titulos majoraq sceptra
Imperij coetu conspiciente tulit
Natus ab illustri clavorum sangvine Regum
Scilicet hoc Princeps dignus honore fuit
Nec tu belli potens, ac inclijta Teutona tellus
Degeneras, tanto condecorata Duce
Nec Tibi dissimilis priscos æquavit honores
Sæpeq quæsitum robur in arma tulit

Scis

Liber Tertius

Scis, qua stirpe satus, quod si non vera negabis
Pro rebus tulerit quanta pericla tuis
Quæsita pene tui latis sub finibus orbis
Quâ Boreas gelido sævus ab axe fuit
Obstitit Arctois veniens ne Tartarus oris
Trux Geta, sive tuas perderet Hostis opes
Nunc quoq; progenies, qua sanguine floret eodem
Sæpe tulit titulis digna trophæa tuis
At te Manalio primum Dux clare sub Orbe
In cœlum quantis laudibus usq; feram.
Nemo te patrijs vicit mansvetior oris
Doctior insignes militiæq; fuit.
Dum Rex Edwardus, cui largis Anglia lanis
Subjacet, è patrio moverat arma solo.
Eduxit q; feras in Gallica rura Cohortes
Instituit et sceptris magne Philippe tuis
Cæsaris huic jussu, tu magnis obvius armis
Hostiles cogis vertere terga globos
Quæ cum tuta tuo fuit inclyta Gallia Marte
Laudavit miles qua tuus arma tulit
Carolus et Cæsar magno te tollit honore
Et meritis addit præmia digna tuis
Donadat ac auro fulgentem contulit ensem
Dicevis et summo Cæsare factus Eques
Dum — Consanguineo Danicis Albertus in oris
Vincula Cymmerijs captus ab hoste tulit
Exueres vinclis captum, regnoq; locares
Suscipis audaci proelia multa manu
Invida sed medio tempestas orta profundo
Obstitit heu votis Dux generosa tuis.

84

Hic ubi qua miseras absorptas æquore puppes
Militis et luges tristia fata tui
Et vix naufragio solus servatus miquo
In patriam parva classe revectus eras
Terra sed exacto dum Cymbrica cogitur anno
Tristia sanguineo demere vincla tuo
Tunc o susceptis si perrexisset in armis
Militiæ robur, promptaq turba tua
Quod tibi promisit fallax Regina tulisses
At tunc Credulitas obstitit illa tibi
Marchia finitimi semper nova causa duelli
Ingemuit vires sæpe repulsa tuas
Carus eras patrys licuit dum vivere terris
Nomine virtutis, justitiæq gravis
Strelitium sacro Cineres ac ossa sepulcro
Continet, æternum molliter illa cubent.

IOHANNES
STARGARDIORUM DUX

Hic hostes etiam vafro delusere Marte
Calluit et cautus miles in arma fuit
Sæpeq Cymmerias cum Patre profectus ad Urbes
Tristia belligeris intulit arma Danis
Illius fidei dum patria rura fodocus
Et caras abiens Marchia mandat opes
Hic virtutis amans et servantissimus æqui
Fortiter impositum quando peregit opus
Insidijs captus, septemq retentus in annos
Nullius meriti conditione fuit.

Ingenti

TERTIUS

Ingenti patrias hinc ære solutus ad oras
Dum venit, et celeri mors venit atra pede.

IOHANNES
STARGATIORUM DUX.

Invida quæ fortem presit fortuna parentem
Non etiam nato mitior illa fuit.
Tristia nam teneris dum proelia conficit annis
Restitit ac signis Marchia dira suis.
Hic quoq; tam belli fallax est area: captus
Exul et à Patria per duo lustra fuit
Quæq; sibi duro contraxit carcere damna
Improba matura causa fuere nece.

UDALRICUS
STARGATIORUM DUX.

Fortis Udalricum virtus juvenilibus annis
Extulit, in Campis Pannonis ora tuis
Clara Sigismundi cum Cæsaris arma secutus
Militia meruit munera pulchra sua
Et belli patiens, fortunatusq; laborum
Dexter, et insigni calliditate fuit
Sæpius exiguo magnas cum milite turbas
Fudit et immenso Victor ab hoste redit.
Sæpius hostili circumdatus undiq; fraude
Evasit cauto noxia castra dolo
Dejecere suam non ulla pericula mentem
Ac alacer quavis semper in arma fuit
Insciius instructi sitiens dum pocula veneni
Ebibit heu lenta tabe solutus obit.

Barlachstadt Güstrow
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn892975431/phys_0097
Mecklenburg Vorpommern

Quem non hostilis potuit vis perdere dextræ
Proditus in Patria sic cadit ille sua

HENRICUS
STARGATIORUM DUX
ASTRONOMUS

Impiger assiduis degens Henricus in armis
Expers indomito pectore, pacis erat
Socpeq; Vicinos nocturnus obambulat hostes
Castraq; molliculo plus placuere thoro.
Dumq; agit excubias coelo monstrare sereno
Orta, vel in præceps sidera lapsa solet.
Tempora cuncta suis recte definijt horis
Quodq; celer servent Phoebus et annus iter
Cunctaq; siderei noscens animalia coeli
Nunc, quæ Stella nitet, cras ait illa cadet,
Et bellis svetus, civilia munia spernens
Egit ut in duris irrequietus agris
Non novit solito quidquæq; moneta valore
Præstitit, aut auro seu foret ære gravis
Divitias pereat, qui nil nisi captat inanes
Non habet in forti pectore Pluto locum
Intulit Henricus generosæ bella Lubecæ
Et civis miseras diripiebat opes
Urbis præsidium sublimi nobile vallo
Concidit in flammas cum Vredeburga graves

UDALRICUS
STARGATIORUM DUX

Hunc pietas, hunc laudis amor, spectataq; Virtus
Antiquos merito collocat inter Avos

Pace

TERTIUS.

Pace Domi clarus, nec Sumtis segnis in armis
Pacis et armorum praestitit omne decus
Plurima Marchiacis confecit proelia terris
Et praedam nocuis victor abegit agris
Illi ne quicquam Sumtis Otho restitit armis
Qui titulos Lunae nomen et urbis habet
Sumptentem patrijs te vincula finibus egit
Contulit et forti Dux Pomerane manu
Cum Magno Solimag cadit felicior Urbes
Redditur et patrijs salvus uterq; plagis
Mox Dolor! ante diem viridi sub flore Juventae
Unica Spes Patriae concidit Ille Sua
Et quo Magnopolis majoribus inclyta sceptris
Non habuit proprios Stargardia ora Duces

Liber.

SECUNDO
DE
DUCIBUS MEGAPOLEIS
ALBERTUS
PRIMUS
DUX MEGAPOLEIS
PRINCEPS VANDALORUM
COMES SWERINEIS
ROSTOCHIORUM
AC
STARGATIORUM
DOMINUS

Auspice quos titulos hic primum Cæsare cepit
Ardua, qua celebri culmine Praga jacet
Transtulit in charos pulera virtute nepotes
Quos penes æternum sint maneantq precor
Nuper quicq suo gaudebant Principe terras
Hic capit et latos possidet unus agros
Inclyta quos tenuit fortes Germania Reges
Postremos inter non habet ille locum
Qua nutrit flavas glebosa Thuringia Messes
Legati functus munere, captus erat
Liberat optatis illum Ludovicus in armis
Æmulus ille tuus Carole quarte fuit
Invida progenies, magnis fors invida regnis
Marchia Principibus tunc stetit orba suis

Impro//

TERTIUS

Improbus et quidam, magnos in proelia Reges
Marchio fictitio nomine solus agit
Carolus hunc Cæsar fovit, Ludovice negabas
Marchiaci dignum Sceptra tenere soli.
Albertus patrijs illum tutatus in armis
Reppulit insigni Cimbrica castra fuga
Waldomari fortes acies celeresq Carinæ
Afflicta, medio cum periere freto
Quæ Consanguineo parere Crymea Nicloto
Noluit illius Marte subacta fuit
Romulus infestis illum cum provocat armis
Clara sub Imperio Marchia cujus erat
Invicti sensit vires, Martemq ferocem
Illius et dextra Fœdus inire parat
Inde Swerinæos justis Contractibus agros
Dux primum regnis addidit ille suis
Qua jacet uberibus Damgardia fertilis agris
Vicit et invicta te Pomerane manu
Qui tulit arma ferox illig nocere parabat
Dum Pomeraniaco Marte retentus erat
Brunopolis titulos, referentem Sceptraq Magnum
Contudit in ripis Albi vadose tuis
Marteq Cimmerijs Regem defendit in oris
Ejus ubi dextra pugna cruenta fuit
Dum quoq vicinis latrones expulit agris
Non semel ultrices duxit in arma globos
Hic ubi tot veteres jam moenia lapsa spelunças
Et viridis tristes occulit herba domos
Hujus erat virtus præclaris inclyta bellis
Pax quoq si qua fuit, non inimica fuit
Restituit raptas belli diserimine Leges
Acer et assertor religionis erat,

90

Postremo Canis dum Parcam debilis annis
Moturam capiti viderat arma suo
Convocat et prolem verbis hortatur amicis
Publica tranquilla commoda pacis ament
Et patrias servent tutas latronibus oras
Et proprias Urbes finitimasq colant
Hos pijs atq alios monitus dedit ille paternos
Dum rapit vaccum de tribus una colum
Inclyta Magnopolis patrem deflevit ademtum
Ille sed Aetherei scandit in astra poli.

HENRICUS
DUX MEGAPOLEUS

Hic etiam nulli clara virtute secundus
Aequavit proavos per decus omne suos
Vasta procul gelido sub Sidere Manalis Ursa
Undiq ventosis terra feritur aquis
Scandaviam veteres illam dixere coloni
Patria nunc Schoniam nomine lingua vocat
Haec, fselus, et quando veteres ulciscitur iras
Illius audaci Marte cruenta fuit
Captaq robustis arx Helsiburgia muris
In flammas cecidit culmina lapsa truces
Acer et ille fuit divis latronibus hostis
Quos procul è Patria justus abegit humo
Fervidus, et vitio si quem deprendit in isto
Absq mora manibus strangulat ille suis
Tantus Justitiae fervor, rectiq cupido
Hunc dignum rutilo, quis neget esse polo.

Inclÿ

TERTIUS.

Inclyta nobilibus dum Wismaris otia ludis
Egit, et ejectos cepit arena viros
Mortuus hic fertur collisis undiq membris
Heu tulit illustrem casus et ille Ducem
Uxor Waldomari Cimbrorum filia Regis
Sic luxit cari tristia fata viri.

ALBERTUS III.
DUX MEGAPOLEUS
REX SVECIÆ FACTUS.

Arctoo fortes, qui rexit in Orbe Svedos
Rex ubi sublatus funere Magnus erat
Consilio Procerum juste Rex ille petitus
Suscipit insigni Svetica Sceptra manu
Margaris huic Danicis dum bellum movet aboris
|: Margaris, armorum callida, mente gravis :|
Cum nato captus, septeng retentus in annos.
In vinclis dura conditione fuit
Havnia ventoso qua clauditur undiq ponto
Exilij duxit tempora dira gravis
Infelix, quid enim regno profecit in isto?
Eventu dignus, qui meliore fuit
Nam neq Crudeli sævire Tyrannide cepit
Et Rex Sveticas inclytus auxit opes
Adde, quod hæc dudum Stirps altis Regibus orta
Digna fuit Sceptris Svetica terra tuis
Nec Tibi Dedecori regnum |: scis ipsa :| tenebat
Invidiæ quamvis spicula mille tulit,

Barlachstadt Güstrow
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn892975431/phys_0103
Mecklenburg Vorpommern

Dum graves nummos fallax Regina poposcit
Et captum magnas pendere jussit opes
Patria sed magnis exhausta araria damnis
Solvere captivum non potuere Ducem
Tum pia foeminei, memorandaq gratia sexus
Praestitit in patrijs nobile munus agris
Liberet ut Regem, quo dote potentior esset,
In pretium proprias quaeq ferebat opes
Mitior et nummis, animos Regina rapaces
Exuit, et patrio redditur ille solo
Insignis pietas, sero quae nota sub aevo
Magnopolis celsas tollet in astra nurus
Ille nec ingratus, nec muneris immemor hujus
Reddidit his patrij libera jura soli
In feudo Mulier justus succederet haeres
Fors ubi stirps fatis functa virilis erat
Floret adhuc nostris haec consuetudo sub annis
Foemineumq pio tollit honore genus

MAGNUS
DUX MEGAPOLEUS

Dulcia pacatis traducens otia rebus
Magnus et insignis munere pacis erat
Nec ferus armatas ducebat in arma cohortes
Turbabatve suos irrequietus agros
Justitiaq tenax sceleratis obstitit ausis
Tutus et admisso crimine nemo fuit
Illius et nocuos solers in dustria casus
Et fallax hostis saepe repressit opus

Urbs

TERTIUS

Urbs ubi fictilibus jacet alta Vegevra columnis
Vulgus Aquas granias, indigenæq vocant
Occubuit fatis, florentibus integer annis
Natus ubi vix dum bis tria lustra fuit.

IOHANNES DUX MEGAPOLEUS:

Hic quoq dum patruo justus succederet hæres
Svecorum lectus Rex Diadema tulit
Margaris est animos Regina secuta viriles
Dum sibi, dum generi consulit usq suo
Dum titulis gaudet regnig cupidine capta
Plebis et insipida nixa favore fuit
Spretus Joannes sed sceptris dignior istis
In patria placida sorte manebat humo
Huic animi dotes et formam corporis aptam
Dignaq fors tanto Principe dona tulit
Struit armipotens validos nec segnis in hostes
Agmine Marchiacos depopulatus agros
Tum quando levibus fallax victoria pennis
Cur penitus palmam nescia ferret, erat
Ille sed emicuit superato victor ab hoste
Et tulit innumeris vincula dira viris
Quos simul ingenti multatos ære remisit
Et docuit placidas continuisse manus
Pax pia cum viguit, sacras hic exstruit ædes
Et reficit cultu diruta templa pio
Stauravitq suum Musis decus omne per ævum
Illius hæ memores nomen in astra ferent,
Hic ubi Varnovius patrijs celeberrimus oris
Rostochij gelidis moenia stringit aquis,

Barlachstadt Güstrow
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn892975431/phys_0105
Mecklenburg Vorpommern

Ad flavas cujus felix Academia ripas
Illius auspicijs condita rite fuit
Inclyta quæ totum sua pignora misit in orbem
Ereptum Musis restituitq; decus
Jam quoq; doctiloquos gremio conservat alumnos
Ingq; fovet laudem Teutonis oratiam
Sit felix, foveatq; diu, sic Magnus Apollo
Sic ego, sic mecum Musica turba rogat.

IOHANNES DUX MEGAPOLEUS

Improba dum patrijs pestis sæviret in agris
Expleretq; suas Parca severa manus
Occidit hic etiam primis vernantibus annis
Fratre decus patrij suscipiente soli
Hujus ab excelso Pomerano sanguine Conjux
Ante diem præstans Anna flet orba virum.

HENRICUS DUX MEGAPOLEUS

Dum redijt Solymis præstans Henricus ab oris
Auratus claro munere factus eques
Arripit et Patricæ justas moderatur habenas
Pene sed insulsis moribus ille fuit
Largus et in seram convivia ducere noctem
Et luxu patrias perdere fuevit opes
Dum quoq; Nobilibus Princeps clementior æquo
Parcit, et officijs demeruisse studet
Interea, quidenim non parva licentia tentat. 5
Ut latrocinijs aulica turba studet

Non

TERTIUS.

Non tutum miseris hus Mercatoribus oris
Noxia Magnopolis visere rura fuit
Non tamen hoc fovit magna pietate ferendus
Sed torpor vitium, qui male vidit erat
Sed quamvis vario sua degens tempora luxu
Grande saginati ventris alebat onus.
Attamen excellens duris cataphractus in armis
Egregius crasso corpore miles erat
Illius et fortes timuit vicinia vires
gessit et in patrio proelia fausta solo.
Pronior in luxum nitida non veste superbus
Et comis ac hilari pectore semper erat
Huic Theodora pij praestantia pignora lecti
Marchiaco Conjux stemmate nata, tulit
Egregia patrijs hinc prole superstite terris
Conjugis ad tumulum rite sepultus, obit.

MAGNUS
DUX MEGAPOLEUS

Si te Magne canam, majori Carmine Musa
Est opus, este leves in mea vota Dea
Auspice nam vobis hoc ingens gloria crevit
Vernovius gelidas hic ubi volvit aquas
Ejus et aeternam virtus celeberrima famam
Et sera meruit posteritate legi
Ille pater patriae, nulli virtute secundus
Quos tulit aut gignet Teutonis ora Duces
Ardua Magnopolis, quem laude sub aethera tollit
Illius et meritis facta superba viget.

Barlachstadt Güstrow
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn892975431/phys_0107
Mecklenburg Vorpommern

LIBER.

Magnus avis, atavisq; potens, quem regia virtus
Stemmate regali nomen habere probat
Primus hic à vero virtutum proemia fonte
Æterna superum de pietate tulit
Atq; locum rutili summus quo Rector Olijmpi
Emendaturus crimina nostra stetit
Impiger à patria socijs Comitantibus arce
Ille per immensas puppe petebat aquas
Dum redijt regni laceras suscepit habenas
Et male concussas restituebat opes
Ejus nec vero, semota modestia calle
Invexit patrio pristina jura solo
Illius et fines titulis majoribus auxit
Omnia nec ficto nomine Magnus erat
Iudicioq; potens et longo doctior usu
Sæpius Imperij grande subibat onus
Et Frederice tibi dum magna negotia tractas
Auxilio præsto, Consilioq; fuit
Maximus occiduis hunc Æmilianus in oris
Conspicuum summo donat honore Ducem
Dum simul Imperij laceras defendit habenas
Inq; decus vigilat Teutona terra tuum
Bis petit Æneadum justis rationibus Urbem
Præsule de summo donaq; summa tulit
Solaq; quæ gelidis Jerichuntis crescit in agris
In Patriam rediens pertulit ille rosam
Huic nemo vixit patrijs humanior oris
Aut magis æternæ relligionis amans

Pronior

TERTIUS

Pronior ing piæ vernantia tempora pacis
Æternum meruit Marte silente decus
Atq lacessitus nunquam nisi bella gerebat,
Nullius ac Autor seditionis erat
Dira sed infestis latronibus intulit arma
Ejecitq suo tam fera monstra solo
Accola Warnovij gelidis savissimus undis
Huic quoq molitus tristia bella fuit
Hanc ubi vindicibus cinxit legionibus urbem
Immiti Princeps vulnere lapsus erat
Post tamen edomitam vicit pacemq coegit
Poscere et evicti reddere jura soli
Et varios plebis fastus, tristemq furorem
Mox ubi victrices compulit ire manus
Collegioq sacros, doctis solatia Musis
Ingenti reditus dexteritate dedit
Hic Jacobe tuo, quo structum nomine templum
Atq statim cultus ara dicata tuos
Mons ubi stellarum, fumosis undiq tectis
Septus, ab acclivi tendit in astra jugo
Improba Judeæ compescens Crimina Secta
Præcisos rapuit poena severa viros
Illius thalami Consors generosa Sophia
E Pomeraniaco stemmate nata fuit
Æquavit priscas etiam quæ foemina laudes
Laodomia tuas, Penelopeq tuas
Utq Deum precibus magni coluere parentes
Ing suos, meritis clarus uterq fuit.

Sic etiam magno soboles excrevit honore
Imperij summos progenuitq Duces
Magnus et excelsos vidit de prole nepotes
Qui vincunt meritis tempora nostra suis
Unus ab his nuper tranquilla morte quievit
Æqualis nemo cui pietate fuit
Hic Fridericus erat, Germania gloria gentis
Virtutis Saxo flosq decusq tuæ.
Qui claros quamvis tulit Electores honores
Sors tamen invictum pressit acerba virum
Captus et ætherei defendens dogmata verbi
Sex annos patrio pulsus et orbe fuit
Alter apud Cattos, sed adhuc sua Sceptra gubernans
Otia depresso Marte Philippus agit
At bona posteritas Magni non facta silebit
Donec erit tellus, sidera donec erunt
Cujus erat virtus sublimibus ardua rebus
Cognita, fortunæ difficilisq labor
Occubuit fatis cano venerabilis ævo
Corripit ut patrios improba pestis agros
Illum vicinæ, deflevit patria tellus
Tum vere patriæ, quæ fuit orba patri
Mille Sacerdotes, Regumq Ducumq Catervæ
Exequias cineri persoluere pias
Donec inexpletum terras circumfluet æquor
Dux clarum nomen Magnus in orbe feret.

BALTHASAR DUX MEGAPOLEUS:

Hic sacer Antistes vernantibus incipit annis
Otia Pieridum castraq docta sequi

Fata

TERTIUS.

Fata negant diuis dum fervet patria bellis
Invitus rapidi Martis ad arma venit
Asseruit tuas bello Dux inclyte partes
Cum tibi Rostochium Magne rebelle fuit
Gignit ubi largas Urbs Hildeshemia messes
Electus, pacto fœdere, præsul erat
Hoc tamen indignum: dolvit privatus honore
Fortior ac illud Præsul ovile tulit
Nec mora se diuis ulciscens fortiter armis
Marte triennali Saxona rura premit.
Dum suos proavos omni virtute sequendos
Marte, toga, meritis religione putat.
Impiger ad Solymas etiam proficiscitur Urbes
Auratus celeri puppi revectus eques
Nec piger effreno sua duxit tempora luxu
Sæpeq venari maximus ardor erat
Italis et tellus Romam dum tendit in Urbem
Mansueti cernens ora modesta senis
Sit quicunq refert, clara virtute verendus
Ortus et à magnis ille videtur avis
Anginæ vitio patrijs correptus in agris
Cum summo gemitu tristitiaq cadit
Illius at nullo virtus cassura sub ævo
Nominis et merita laude manebit honos

HENRICUS
DUX MEGAPOLEUS
PACIFER

Utilior Princeps Henricus ad otia Pacis
Quam fera vesani Martis ad arma fuit

199

Attamen ut patrios defendere cogitur agros
Audaci gessit bella secunda manu
Agmina collatis stravit Luconia signis
Vertit et in tristes tecta domosq; rogos
Dum Parchentinis et proelia miscuit agris
Agricolæ versas ingemuere casas
Strenuus et prima miles sub flore Juventæ
Dive tuo fuerat Carole notus avo
Mox ubi claudebant violentum vincula Janum
Et viguit patrio faleiger orbe Deus
Pacifer hic dictus, patrias feliciter Urbes
Ac usus magna dexteritate regit
Quicquid et armorum longo concidevat usu
Evigit et solito rursus honore novat
Et claris patrias ornavit moribus Urbes
Ejecitq; suo dogmata falsa solo.
Dumq; supervacuos non fuevit perdere sumtus
Ampla satis censu divite, regna tulit
Nec cultu nimium nitida vel veste superba
Ejus frugalis aula decensq; fuit.
Ursula Marchiadum præstans huic sanguine conjux
Dotibus innumeris prædita nupta fuit
Præsule cui celebres tribuit Germania laudes
Publica dum mollis commoda pacis agit
Quem Magus Dudum crudeli funere raptum
Ingemuit mœstis obstupefactus aquis
Occubuit cano præstans Henricus in ævo
Deflet adhuc illum patria terra Ducem

TERTIUS.

MAGNUS
DUX MEGAPOLEUS
ANTISTES SWERINENSIS
PRINCEPS SUI ÆVI
DOCTISSIMUS.

Addite Thespiades ferali munera busto
Aonias violas, Aoniasq rosas
Hic facer Antistes vestri decus ordinis altum
Et recubat patrij gloria prima soli
Vos primum gelida coluit Dux ipse sub arcto
Ingeniog gravi contulit omne decus
Vos unus meritis et magno vexit honore
Spes ingens, vestri praesidiumq chori
Ergo nec immemores, venturis demite Sedis
Laudibus et tantum ferte sub astra Ducem
Inclyta cui virtus, nullis delebile seclis
Et pietas toto nomen in orbe tulit
Ille suo major succrevit tempore Praesul
Deditus ingenuis artibus ille fuit
Sic inquam nemo studijs addictus honestis
Pieria tantum coepit ab arte decus
Quicquid habet Sophiae cultis gens Itala libris
Calluit Illustris Graecia quicquid habet
Nec rudis Aetherea Princeps fuit ille Mathesis
Et coeli varias noverat ille plagas
Et vigili causas scrutatus mente latentes
Naturae pregnans inspiciebat opus,

152-

Civiles etiam tractavit idoneus artes
Et fuit ingenio Judicioq potens
Quin etiam potuit Latio sermone disertus
Imperij summos sæpe movere Duces
Illius, ah, frater ceu pulcros Corporis artus
Munere naturæ nil renuentis habet
Sic utinam vivax solerti mente vigeret,
Flecteret et sensus recta minerva rudes
At quæ sors dederit, feliciter exigat annos
Nempe manent magnos et sua fata Duces
In Patria Magnus dum primis concidit annis
Incusans triplices flevit Apollo Deas
Et Charis et doctæ flentes exangvine sorores
Funus Acijdalijs involuere rosis
Pegaseiq sacros addebant fontis odores
Livori rabiem denegat ille liquor.

ALBERTUS DUX MEGAPOLEUS

Nec te carminibus præstans Alberte tacebo
Inclijte Dux animo, divitijsq potens
Quo tua te virtus, quo te non impulit ardor
Ingenij durus, militiæq labor
Militiæ teneris qui castra secutus ab annis
Imbelli nunquam pectore visus eras
Illustris, quando veteres ulciscitur iras
Infert et Danico bella Lubeca solo
Proelia vindicibus pro Civibus induis armis
Qua jacet undosis Hafnia pulsa vadis
Hic ubi difficiles tua dextera sustinet hostes
Et patitur longas obsidione moras
O funesta fames, o sors malefida, quid illic
Pertuleris virtus notaq fama refert

Illic

Barlachstadt Güstrow
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn892975431/phys_0114
Mecklenburg Vorpommern

TERTIUS.

Illic extremos libuit tolerare labores
Quam dare languenti turpia terga fuga
Hectora qui dextra referebas corpore fratrem
Ornavit dotes gratia bina tuas
Et tua perpetuam meruit facundia laudem
Suaviter Hyblaeo fermo melle fluit
Hoc et nemo tua vivebat gratior aula
Carole vix ipso quem regis orbe satis
Ejus et Imperij magnos praesentia fasces
Auxit, ab illustri conspicienda domo
Ingenio felix, multis insignis et armis
Et virtute decus posteritatis habet
Hujus adhuc vivunt, claro de sanguine nati
De quibus Vranie pauca sed apta canet.

VDALRICUS
DUX MEGAPOLEUS
EPISCOPUS SWERINENSIS

Acer Udalricus patrijs Antistes in oris
Eximet et nullo te pia Musa die
Tantus amor patriae laudumq probanda cupido
Eterna verax, Justitiaq fides
Clara tuis major se virtus exerit annis
Indicat et generis stemmata celsa tui
Ipsaq vis animi pulcro cum corpore certat
Ac ingens juveni spirat ab orbe decus
Lataq vernantis sequeris tu tempora pacis,
Dum timet hostiles patria terra globos
Attamen admonitum: melius licet omnia noris:/
Inclyte te Princeps nostra Thalia cupit
Inspice quam tristi lacrijmans plebs Musica vultu
Pressa jacet tanti Praesulis ante pedes

Sic consanguinei laudes imitabere Magni
Auxilio surget protinus illa tuo
Sig quid exemplis incumbis, respice fratrem
Quo non majus habet patria terra decus
Haud aliter Praesul; vera tibi gaudia vitae
Aeternumq dies nomen in orbe dabit

GEORGIUS
DUX MEGAPOLEUS
MILES
STRENUUS ET AUDAX

Qualis erat, quantusq fuit Laurentibus arvis
Eurialus Niso fretus ad arma suo
Talis erat tantusq fuit, Germanicos oris
Aspera Mauritio nuper in arma Comes
Ah dolor! ah nimium vitalis prodigus aurae
Ante diem bellax miles utergq jacet
Qui nisi crudeli praeventi morte fuissent,
Nec gemeret tristes flebilis umbra rogos
Infestum divo cohibevent Marte latronem
Pannonios misere, qui populatur agros
Helladibus toties nec Turca profectus ab undis
Instaret Sceptris Teutona terra tuis
Qua vetus ad gelidas urbs adjacet Albidos undas
Sertaq virginea porrigit apta manu
Quis putet inprimis et adhuc juvenilibus annis
Illis audaci Marte cruenta fuit
Primus et infestis haec cinxit moenia signis
Hostis ubi tandem tristia vincla tulit
Primus et audaciter Clusam prorupit in aream
Volvit ubi vitreas nobilis Oenus aquas

Tunc

TERTIUS

Tunc cum Teutonicis signis bellog petitus
Imperij vindex Carole Cæsar eras
Urbs ubi Francorum gelida contermina Moeno
Passa fuit longas obsidione moras
Æthereas ictus vitam dum spirat in auras
Mars gemuit tantum non superesse decus.

CHRISTOPHORUS
DUX MEGAPOLEUS
ELECTUS PRÆSUL RIGENSIS.

Præsul hyperboreis electus nuper in oris
Horret ubi stricto Livona terra gelu
Uberibus patriæ longe decessit ab agris
Et nova frigenti regna sub axe tulit
Illi Dij tribuant vires fortisq favorem
Ingq peregrino mollia fata solo
Augeat et patrias animoso pectore laudes
Crescat et antiquis annumerandus avis.

CAROLUS
DUX MEGAPOLEUS
PRÆSUL
RACEBURGENSIS ET SCHONENBURGENSIS

Tu quoq qui Polabis modo flores Præsul in oris
Crescе tua gentis, Carole crescе decus
Famq vigens felix semper tua transeat ætas
Fortuna nullas impediente vias
Et claras dotes et pulcri corporis artus
Ornes ingenij nobilitate tui,

Barlachstadt Güstrow
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn892975431/phys_0117
Mecklenburg Vorpommern

Cũmq; tuis proavis, magnũm sũper æthera notũs
Extollas Stirpis splendida facta tuæ
Sic Tibi præ reliquis, quem fors concessit honorem
Illæsus cũnctos stet vigeatq; dies

IOHANNES ALBERTUS
DUX MEGAPOLEUS
STUDIORUM MECOENAS OPTIMUS.

Hoc opus exegi medijs dum stridula chartis
Plenaq; civili Musa labore fuit
Tempore, quo patrias rexit Dux inclytus arces
Quem colit æternum turba novena decus
Fortis Johannes nostris Alberte Camoenis
Qua vel quanta Tibi carmina digna canam
Inclyta per titulos et avitos gloria fasces
Si venit et propria laude parata venit
Nec Tibi per titulos proprios nec deficit ausis
Et geminas laudes hujus et hujus habes
Et te militia, te culta gloria pacis
Tollit et auspicijs tempus utrumq; bonis
Arsit ut infestis bellax Germania signis
Perdidit et vives seditione suas
Accitum patrijs videt Ingolstadia terris
Terribiles duri Martis inire vices
Nuper et æreas cum milite terruit Alpes
Pertulit infestas arx ubi Clusa manus
Illius et validi Francfurtum cornua tauri
Horruit adripas coerule Moene tuas
Da veniam Cæsar, non illum propria jussit
Utilitas capiti bella parare tuo,

Criminis

TERTIUS

Criminis hic expers et servantissimus aqui
Nulla tibi mista proelia fraude tulit
At patria voluit festis succurrere rebus
Quando cadaveribus, sanguine plena fuit
Solus et aetherei cupiebat dogmata verbi
Nuper ab exortis asseruisse dolis
Qua cum clara facit juvenilibus acta sub armis
Quod decus, et virtus qua Senioris erit
Ac ego vaticinor, nec abominor esse futurum
Sentiat hunc verum patria terra patrem
Jam quos qui patriam tanta virtute gubernat
Innumeri quanta non potuere Duces
Nec divina fuit moderatio pectoris, ullas
Virtutis partes, justitiaeq fugit
Sublimes animos et celsa sub aethera tollit
Sortis et instabiles despicit ille vices
Et recte patrijs livor licet audiat oris,
Consulit et leta tempora pacis amat
Et colit Aonides, colit et Permessidos amnes
Sit licet antiquis Regibus ortus avis
Hoc magis ingenuo Musarum doctior usu
E Ducibus nostro tempore nemo fuit
Aut ita qui superum sacros provexit honores
Aut ita qui studijs incubuisse velit
Clarus ab Etruscis Mecoenas Regibus ortus
Non tantum studijs contulit ipse pijs
Testantur Musae, testatur patria tellus
Clarior invecta nuper honore Schola
Cincta paludosis qua splendens eminet undis
Arce Swerineas celsa tuetur opes
Vernoviusq Senex, ejus non facta silebit
Dum patrios leni murmure stringit agros.

Barlachstadt Güstrow
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn892975431/phys_0119
Mecklenburg Vorpommern

LIBER TERTIUS.

Ipse quod Aonias crebro cantare sorores
Cernit, et in ripis ludere sæpe suis
Illius hoc virtus et gloria præstitit ingens
Ille tulit doctis otia grata viris
Illi quæ memores referent et nomina Musæ
Quod si nostra tacent, Sæcla futura canent
Forsan et adveniens olim sincerior ætas
Dicet, hic æternum vivere dignus erat
Ipse sed ô nostri Dux inclyte gloria sæcli
Perge tuus semper, perge manebit honos
Sic tua non nimijs rodantur pectora curis
Obstat, si coeptis sors inimica tuis
Jam mihi quod certam Phoebus dictavit in aurem
Oracli de me carmen id instar habe
Dum colis æternos, Christiq tueris honores
Dum colis Aonij Musica sacra Chori
Principibus cunctis veniens te præferet ætas
Et toto nitidum sidus in orbe vehet
Coetera vanescunt, qua totus panditur orbis
Hæc tibi perpetuæ proemia laudis erunt

FINIS.

S. D. G.

Johannes Simonius Stemma Megapolitanum brevius Carmine conscripsit Anno 1605 à Bilungo usq ad Carolum Gustavi Adolphi filium quod Chronico Parchimensi 1670. impr: annexum reperies.

Barlachstadt Güstrow
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn892975431/phys_0121
Mecklenburg Vorpommern



Barlachstadt Güstrow
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn892975431/phys_0124
Mecklenburg Vorpommern

Saxo l. 2. p. 86.

+ l. 3. c. 3. p. 155.

Barlachstadt Güstrow
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn892975431/phys_0125
Mecklenburg Vorpommern